QK91
.S93
t.1


THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
PRO SCIENTIA ATQUE SALUTE POPULIQUE
1891
LIBRARY

CAROLI LINNÆI
SYSTEMA
PLANTARUM EUROPÆ.

TOMUS I.

TQK91
.S93
t.1

PRÆFATIO EDITORIS.

OMNIUM consensu inter plurimos hujus seculi naturalistas eminet, tanquam Princeps, immortalis Linnæus. Solus audaci animo omnia creationis producta aucupare ausus est & vere firmiter tenuit. Qui, remoto prejudicio, verum statum Scientiæ naturalis enucleare tentaverit, ad annum 1738, novumque ab hac epocha ad mortem Linnæi sedulo comparabit, certe fatebitur, etiam invitus, plus solum Linnæum pro emolumento scientiæ peregisse omnibus antecessoribus suis; certe primus Linnæus fundamenta scientiæ e sanæ logicæ legibus stabilivit, primus systematicum ordinem verum in mineralogia invenit, primus genera, species, animalium constituit, in Tetrapologia novam methodum invenit, in Ornithologia suam etiam proposuit, in Entomologia, primus classes simplices indagavit, in Ichyologia sola honorem inventionis Artedio reliquit, etiamsi postea propriam methodum invenerit.

Qui species animalium ante Linnæum cognitorum rite examinaverit, confusas tantum descriptiones inveniet; solus Linnæus generum & specierum characteres essentiales proposuit. Primus innumeras species præsertim insectorum indicavit, descripsit; sed missis mineralogia nec non zoologia, Autorem nostrum tanquam Phitologum consideremus. Certe ante Linnæum, summi Viri botanicam illustraverunt; Tournefortius noster systema generale plantarum condidit, quod simplicitate, facilitate, nec-non numero classium & ordinum naturalium

10584

undique placet. Sexcenta & ultra genera naturalia cum accuratis characteribus delineavit, ſub quoque genere pleraſque notas ſpecies nec non varietates, mirabili affinitate, redigit, ſed fatendum, præſertim noſtro ævo, hoc ſiſtema vix ſufficere: jam *Vaillantius* hujus vera vitia demonſtravit, jam *Hallerus* faſtus eſt, plurimas claſſes vix ſuſtinendas, numeroſaque genera non ſat notis vere characteriſticis deſignata, pauciſſimaſque ſpecies caracteribus vere eſſentialibus notatas fuiſſe. Hos etiam defectus adhuc juvenis perſpiciens Linnæus, vix triginta annos natus, jam defectus artis reformare, hiatus replere voluit & potuit, maturo judicio ſemitas naturæ indeffeſſe proſecutus eſt: in fundamentis botanicis, in critica botanica, in Philoſophia, canones propoſuit, terminos definivit, nomina generica cenſuræ ſeveræ & audaci ſubmiſit; in bibliotheca, ingenioſa prorſus methodo, libros omnes tunc evulgatos propoſuit, præcipuoſque cenſura impartiali judicavit; in claſſibus omnia ſiſtemata delineavit, tabulaque ſtupendi laboris comparavit. In amœnitatibus academicis plurimas acceſſorias botanicæ partes elucidavit, horologium floræ, calendarium, arborum gemmas, utilitates œconomicas plantarum &c. in generibus nova plurima, omniaque ante cognita ex præcipuis attributis deſcripſit, hæcque omnibus notis aut proponendis ſiſtematibus accommodavit. In ſpeciebus plantarum ad ſpecies antiquas & novas numeroſas, phraſes ſeu definitiones adæquatas quibus quæque ſub noto genere diſtinguitur propoſuit: jam ſtupendum hunc laborem inchoaverat in flora Laponica, Suecica, Zeilanica, in horto Upſalienſi, Cliffortiano, &c. ſed poſtea tutiores differentias cognoſcens, priores phraſes

ſæpe mutare debuit, tum propter novarum copiam ſpecierum quam propter ſpeciminum vivorum aſpectum. In materia medica, in flora Suecica, amœnitatibus academicis varias ſpecierum utilitates propoſuit, in hiſque operibus novas obſervationes ſæpe ſæpius obtulit, tandem ſub fine curriculi, ſiſtema plantarum, edente celeberrimo diſcipulo Murrai, tanquam ultimum conamen ingenii, orbi Doctorum monſtravit. In his omnibus operibus neſciunt periti, quid laudandum magis, an ſana logica aut rigor obſervationum aut deſcriptiones antea peractarum omnium accuratiores; omnes probant genera; omnes ſpecierum characteres admittunt, omnes numeroſas obſervationes phyſicas, œconomicas, medicas, utiles & veras accipiunt; ſed plurimi ſiſtema Linnæanum ſeu methodum aliis non anteponunt. Magni nominis viri, Hallerus, Juſſieius, Heiſterus, Adanſonius, Œderus, in hoc ſiſtemate numeroſa vitia invenerunt; alii methodum increpant quæ objecta plerumque vix lentibus occupanda pro baſi obſervationum offert, alii numeroſas varietates in numero ſtaminum exponunt, Alii intricatas, nimiumque difficiles claſſes deſignant, ſingeneſiam, Polygamiam. Plurimi genera naturaliſſima in hoc ſiſtemate lacerata revocant, gentianam a chloride, Lychnides a cucubalis, alſines plurimas ſpecies diſgregatas; ſed nonne aliæ methodi ſimiles difficultates, majoreſque anomalias offerunt. Nonne ipſemet Linnæus monuit ubique in annotationibus, quotieſcumque numerus ſtaminum inconſtans paſſim frangit claſſes naturales: aſt quot ſyſtema Linnæanum, noviſſimas obſervationes antea prætermiſſas botanophyllis obtulit, quæ hac methodo non elaborata deficerent, ſed quæſo, in ſyſte-

mate Tournefortiano, quot genera rigore methodi fuerunt lacerata; in prima & secunda classe gentianæ, menyanthes, asperulæ, campanulæ: quot classes divulsæ; unde omnibus pensitatis, saltem æqui rerum judices fateri debent, systema Linnæanum Tournefortii methodo æquiparandum; stat Tournefortii pinax, semperque utile manebit, stabit etiam Linnæanum, ament aut vituperent tale systema botanophilli; attamen legere, cognoscere, retinere nomina, phrases, characteres Linnæi debent, & in posterum illorum nepotes debebunt: nullus hodie substantiam naturalem indicare potest, omisso nomine Linnæi: omnes præsertim botanici uno ore pinacem Linnæanum amplexi sunt, hi etiam qui centies illud vituperarunt, quando semina aut specimina mittunt, nomina Linnæana apponunt; si plantam describunt, Linnæi opus citant; unde concludendum omnibus botanophyllis necessaria evasisse Linnæi opera. Ast plurimi desiderabant ut aliquis segregaret plantas Europæas adjunctis tanquam indigenis exoticis quæ vulgo coluntur in plerisque hortis academicis: etenim plerique botanophylli graviſſimis negotiis consecrati, sicut Medici, Chirurgi, Pharmacopæi aut Physici, chymici, vix omnes cognoscere plantas aut possunt aut volunt; plerique hoc adagio submissi; *pluribus intentus minor est ad singula sensus*, communes aut utiles aut pulchras plantas videre, determinare cupiunt, omissis exoticis rarioribus, quas vix ex centum Botanicis Doctis unus aspicere vivas potuit, quasque ipsemet Linnæus tales nunquam obtinuit. His expulsis manerent species quas immortalis author vivas coluit aut ipsemet spontaneas determinavit aut in variis

Europæ plagis veri Botanici, aut amici, aut discipuli sicut Hallerus, Scopoli, Sauvagesius, Gerard, Gouan, rite descripserunt & characteribus specificis insigniverunt, inde exurgeret opus portatu omnibus utile, facile & necessarium; hoc opus olim desideravi, optabantque omnes amici. Aliquid simile tentavit ante decem annis egregius Professor germanus; ex systemate naturæ plantas germanicas & plerasque hortenses separavit, sed omisit synonima nec non descriptiones, hinc minus utile compendium evasit, certe pro Gallis, Italis, Hispanis sæpe inutile.

Bono instituto celeberrimus Reichard (*) Professor Francofurti ad Mœnum, pretiosam systematis vegetabilium Linnæi nobis paravit editionem, in qua non modo genera & species a summo Viro propositas invenies; sed etiam descriptiones undique collectas, citationes figurarum recentiorum, sic quinque ponderosa parata fuerunt volumina, quæ bene enucleata, segregando exoticas quas vix unus Botanicus videre potest, quasque ipsemet Linnæus vivas non obtinuit, pararentur duo tomi facillime transferendi in peregrinationibus, aut herbationibus, sed ut tales obtineantur, quasi nova electio erat peragenda; in plerisque Europeis egregius Reichard nomina floristarum, illorum operum nec non paginarum numeros proposuit, hinc pro quaque

(*) Lugendo fato tres Celebres Botanici Germani, juvenes adhuc mortui sunt. Leers qui in flora herbonensi optimas figuras graminum paravit. Polichius qui in flora palatinatus optimas descriptiones 1200 specierum dedit, nec non Illustr. Comes Matuska qui Silesiæ plantas egregie illustravit; hujus vidi herbarium nec non omnium Silesiarum specierum figuras coloratas.

ſpecie vulgari in tota Europa, decem aut octo lineæ impenduntur : floriſtas hos omnes evolvimus, ad calcem illorum operum, invenimus tabulas nominum Linnæanorum : Igitur ſupprimendo nomina Authorum, numeros, & titulos operum, ſimpliciter regionem per abreviationem apponendo, facile erit invenire ſpeciem Linnæanam, obſervationes aut deſcriptiones floriſtæ : v. g. *Carn.* idem in noſtra editione ſonat ac Scopoli flora Carniolica, *pag.* &c. hac ſimplici œconomia omnes floras uſquequo publicatas utili propoſito ſervavimus, ſicque ſaltem paginas quadringintas lucravimus. Præter floras à Reichardo citatas, nonnullas, novas & noviſſimas obtulimus; illuſtr. Durande, Botanicæ Profeſſor, in Academia Divionenſi, egregiam floram Burgundiæ propoſuit, hanc ut Galliæ Mediterraneam ubique citavimus, huicque addidimus in textu Linnæi Lithuanicam noſtram, Lugdunæam nec non Delphinalem : Quo modo natæ ſunt tres iſtæ prorſus novæ floræ; paucis pronuntiare fas eſt & bono animo quid quiſque pro his ornandis tribuerit, proponere juvat.

Mirum eſt Lugduni, civitate antiqua, quæ tota quanta, mercatores fovet, quot tamen doctiſſimi Viri variis temporibus floruerunt inter quos nonnulli egregii celebrantur Botanici.

Olim ſeculo 16 nonnulli egregii floræ amaſii agros Lugdunenſes peragrarunt; Dalechampius (*) non modo omnes Provinciæ pagos trutinavit; ſed etiam delphinales Alpes, nec non helveticas tranſcendit; harum omnium ſpoliis locupletatus,

(*) Præter accuratas variorum antiquorum librorum editiones, Dalechampius celeberrimam Plinii ſecundi editionem paravit quam annotationibus curioſis locupletavit.

animo concepit hiſtoriam generalem ; plantarum noſcunt immenſi iſtius operis vitia veri botanici, ſed Dalechampio noſtro vix imputanda. Jam ſenex & ægrotans, quin imo praxi clinicæ deditus, cuidam Molineo opus redigendum commiſit ; iſte oneri tanto impar, figuras & deſcriptiones toties repetiit, quot in variis authoribus reperiit. Inde indigeſta moles exurgit ; attamen conceſſis omnibus vitiis, pretioſum ſuperſtetit opus, tum copia rerum, tum novarum, tum numero figurarum non undique contemnendarum : illuc tantum inveniendæ plures raræ Lugdunææ, Delphinaleſque ſpecies, quas primus Dalechampius deſcripſit & delineavit, quarumque nonnullæ nondum extricatæ : hic multifaria eruditio undique micat, hic hoc tempore numeroſæ novæ ſpecies Hiſpanicæ a Miconio miſſæ.

Poſt Dalechampium, omiſſo Molineo non prorſus rudi botanico, nominandi cum honore honeſti Tipographi Rovellii qui botanicæ amaſii, hortum coluerunt, numeroſos Sculptores, Pictores nutriverunt, unde magnas impenſas pro opere utiliſſimo peregerunt ; nominandus Duchoulius pharmacopæus, qui primus forte cum botanica alacritate montem Pilatum noſtrum tranſcendit, opuſque rarum exaravit, ſcilicet deſcriptionem hujus montis.

Eodem tempore Joannes Bauhinus Lugdunæus propter religionis diſcordias transfugus, plantas noſtras Lugdunæas collegit, plurimaſque in immortali ſua hiſtoria cum indicatione locorum, (etiam circa urbem) conſignavit. Ipſemet aliquandiu Lugdunenſi Hiſtoriæ manum adhibuit. Poſt hos ſummos Botanicos, vix vegeta manſit cognitio plantarum uſquequo ab egregio Goiffon, Juſſieiis

patre & filiis de novo, ſumma animi alacritate, campi Lugdunei linceis oculis fuerunt ubique luſtrati ; Goiffonius præſertim amicus Turneſortii, ſumma fide, ubique, deſignavit locos cuique ſpecici faventes ; novas certe poſteri invenerunt ſpecies, ſed hic primus Floriſta Lugdunæus verus appellandus ; codex illius ad manus Juſſiei pervenit, qui libero dono illum clariſſimo Latourrette commiſit. (*)

Poſt Goiffonium flora Lugdunenſis diu adhuc neglecta in campis & ſylvis manſit, uſquequo ſimul plurimi Botanophylli ſurrexerunt ; inter hos primus nominandus ſenior Deſoubri, jure meritoque a Gouanio laudatus. Hic Vir probus pari amore, plantas, inſecta proſecutus eſt : hunc egregium Virum vidi centies agros noſtros peragrantem, plantas colligentem, inſecta carpentem ; horum plurimas centurias miſerat Linnæo, qui ſingulari errore tanquam a Gouanio acceptas evulgavit, ſed poſtea errorem noſcendo, Soubriſſio noſtro libenter detectorum honorem reddidit.

Hic triginta annorum curriculo, rariorum omnium naturaliſtarum librorum collectionem ſibi procuravit, quingentas avium ſpecies in muſæo ſervavit, ſpecierum inſectorum Lugdunenſ. ad duo millia obtulit, Piſcium præcipuas ſpecies maris mediterranei nec non rhodani,

(*) Flora Goiffonnii non modo Lugdunæas plantas complectebatur, ſed etiam Alpinas, Delphinales ; præter hunc codicem in locupletiſſima bibliotheca clariſſ. Collegæ noſtri Raſtii, plurimi libri Goiffonii inveniuntur, in quibus iſte ſummus Botanicus qui tamen ex primariis clinicis ſuperbiebat, numeroſiſſimas annotationes, nec non recentiorum ſynonima præſertim ad margines hiſtoriæ Lugdunenſis adpoſuerat.

Araris acquiſcivit, mineras fere omnes, petras, conchilia aliaque curioſa obtinuit, has omnes collectiones moriens nepoti Imberto reliquit, qui non modo has fovet ſed quolibet anno novis acquiſitis locupletavit; hic liberali manu omnibus hiſtoriæ naturalis amaſiis largitur; felix ego qui amicus avunculi amice cum nepote in iiſdem ædibus tranquille vivere poſſum.

Abanno 1760 clariſſimus Latourrette(*)caſtra floræ metitus eſt, ab hoc tempore non modo omnes angulos Provinciæ Lugdunææ peragravit, ſed etiam, propriis ſumptibus, hortum coluit in quo innumeras exoticas ſpecies rite examinavit, his que modis ſibi locupletiſſimum herbarium 5000 ſaltem ſpecierum procuravit. Hic Vir in nulla Phiſicæ parte alienus, omnium naturalium doctrinarum amaſius, inter Botanicos noſtros mediterraneos facillime ex primariis nominandus, hic potuit ſolus omnes floræ noſtræ gazas colligere, haſque ad calcem hujus editionis, me ſuaduente, botanophyllis offerre benevoluit: ô utinam & diu adhuc ſanus vigeat Vir ſagaciſſimus, ut tandem diu promiſſam floram noſtram, innummeris obſervationibus, locupletatam obtineamus.

Celeberrimus Abbas Roſier cum amico Turrettio hortum ſcholæ veterinariæ dirigebat Floramque Lugdunenſem colebat; ſed hic præſtans phyſicus, aliis inquiſitionibus abreptus,

---

(*) Huic egregio Viro, plurimarum academiarum ſocio, Athenei Lugduni, a ſecretis, jam a plurimis annis botanica optimas lucubrationes debet. Huc revocandæ demonſtrationes botanicæ 2. *vol. in-8. Gallicè*, huc etiam laudanda venit deſcriptio curioſæ montis noſtri Pilati, cum enumeratione plantarum quæ ab omnibus tanquam primordia veræ floræ Lugdunæ jure meritoque appellatur.

ſalutatam floram dimiſit, totumque ſe phyſicæ nec non œconomiæ ruſticæ tradidit, in quibus quid præſtiterit! præmia in Academia reportata, diurnale phyſicum ab omnibus ubique laudatum, Dictionarium agriculturæ, omnibus teſtantur. Nec illaudatum derelinquemus unum ex Academicis noſtris eruditiſſimum Devillers, qui a triginta annis nulla Phyſicæ neglecta parte, ſummus agnoſcitur Chemiſta, primarius jure a peritis denominatur Entomalogus, hic etiam floræ noſtræ favorem petiit & obtinuit: noſtros quaque ſeptimana, campos ad plura milliaria adhuc indefeſſe peragrat, plurimasque raras ſpecies plantarum invenit, quas nobis liberali manu conceſſit: iſte herbarium ditiſſimum ſibi perfecit: ſed quot theſauros in entomologia poſſidet! mirabili ordine quatuor millia inſectorum offert illius muſæum, inter quæ tria millia Gallicorum, quæ omnia propria manu collegit. O! utinam rerum periti omnibus numeris perfecti entomalogici operis Villerſiani editionem expeditiorem redderent. Paulopoſt alter amicus eminuit inter naturaliſtas Lugdunæos clariſſimus Camuſius, qui in mineralogia nulli ſecundus, nullam Phyſicæ partem neglexit: Hic ſæpe campos noſtros quaque die percurrens ſæpe raras plantas inveniebat: quas hilari vultu libenter nobis concedebat. Ille ſolus tractus Lugdunæi mineralogiam accuratam peragere poterit, cujus fragmenta pretioſa jam in cœtibus Academiæ prælegit.

Poſt hos ſummos Viros qui Provinciæ noſtræ hiſtoriam naturalem illuſtrarunt, qui proferam circa conatus meos! Anno 1762 poſt derelictam Academiam Monſpelienſem, novus Sauvageſii diſcipulus nec non Gouanii amicus & auditor, ego qui a teneris an-

nis, rura horumque ſpolia tam ardenter amavi, campos etiam Lugdunæos indefeſſe ad annum 1773 peragravi, undecim his annis 1200 ſpecies collegi, harum pleraſque proprio marte determinavi, incertas ad ſua genera redegit celeberr. Gouanius. Has omnes cum libris & muſæo, Grodnam tranſtuli, haſque Vilnæ dereliqui cum innumeris aliis Alpinis, Pirenæis, Hiſpanicis, quas propria manu legi: redux in patriam, novo ardore patrios campos luſtravi, de novo ſpolia floræ in herbario coegi, communes ad duo milliaria verificavi, plurimas raras nondum olim repertas obtinui, alumnos floræ nonnullos, quaque die, ad herboriſationes miſi; ſicque de novo Floram ſat locupletem arripui, ſed paupera adhuc in textu apparet, comparando cum egregia Turretii Chloride, quæ ſecundum volumen terminat, qua conſtat agros Lugdunæos ad 24 milliaria 2000 ſpecierum plantarum producere. ab anno 1774, poſt peragratos montes Delphinales, Pirenæos, Helveticos, ad annum 1782, varias Lithuaniæ tractus luſtravi, pleroſque pagos circa Varſoviam viſitavi: ſic nata eſt Chloris prorſus nova quam in hac editione apponere volui & debui.

Tertia Chloris quæ editionem noſtram adornat, Delphinalis nominatur. Hanc ditiſſimam, numero ſpecierum, Helvetianæ parem, debemus Viro ſtupendæ ſagacitatis Villars; iſte nullum non movit lapidem ut omnes ſpecies quæ in vallibus, (*)

(*) Jam olim plurimi celebres Botanici, rariores delphinatus præſertim Carthuſiæ majoris indicarunt, has Alpes fere omnes hujus & præcedentis ſæculi peragrarunt Botanophilli, Raius, Turnefortius, Barrellerius, Juſſeii fratres. Inter antiquiores Dalecampius, Bauhini, &c. ſed inter hos non omnittendus

montibus, Alpibus Delphinalibus creſcunt acquireret: ille mox floram tam raris ornamentis onuſtam edendam proponit. O utinam, faventes om-

---

Richierus De Belleval, horti Monſpelienſis reſtaurateris, qui optimi Regis noſtri Henrici IV ſtipendiis ſuſtentatus, varias peregrinationes in Gallia Narbonenſi, in Alpibus Delphinalibus, Gallo-Provencia, Pirenæis, ſuſcepit: inter icones hujus ſummi Botanici, plurimæ rariſſimæ alpinæ indicantur, cum ſigno Cartuſiæ majoris; jam ſuo tempore, has icones deſiderabat edendas Tournefortius: ſingulari fato diu ſepulta harum cupra in muſæo familiæ manſerunt, uſque ad annum 1772, quo de novo campos Monſpelienſes, floræ gratia, percurrens, quæſivi icones Richieri, inveni & ſolutis nummis empſi; cum his manuſcriptum authoris manu ſcriptum accepi; ab illuſtriſſimo Gouanio commentarium ſtupendi laboris habui, in quo omnes ſpecies Richieri tuto determtnatæ ſunt, cum annotationibus curioſis, ſinonimis completis; hunc theſaurum in muſæo Academiæ vilnenſis depoſitum reliqui; ſi quondam, favente juſtitia Regis Poloniæ, qui ipſemet doctiſſimus, artibus & muſis favet, cupra cum manuſcriptis obſtinere poſſim, tunc curabo ut cito nitide Typis mandentur, ut pote ab omnibus Botanicis enixe deſiderata Præter hos Floræ Delphinalis cultores, clariſſimus Commerſon alter Linnæus, civis noſter præmatura morte abreptus nec non amicus noſter clar. Clapiers Clinicus, Gratianopolitanus, ſedulo delphinatum perluſtrarunt: Clapierus ante viginti annos ab illuſtriſſimo Gouan tanquam indefeſſus Botanophyllus laudatus, pleraſque delphinales Alpes viſitavit, inhiſque rariſſimas plantas certe primus collegit; hujus Viri laborum ſocius laudandus etiam Liotard qui olim nos anno 1769 in carthuſiæ majoris excelſioribus cacumnibus comitatus eſt, nobiſque libera manu omnes raras delphinales cum accuratis ſtationibus conceſſit: hic etiam has poſtea miſit illuſtriſſimo Botanico Equiti Delamarck qui eas in flora ſua gallica deſcripſit.

nes Botanophyllos inveniet, ut cito tam egregium opus obtineamus. Hæc sunt hujus Linneani operis nova ornamenta. Hanc editionem sedulo curavi ut ordo rerum non perturbaretur, ut nihil utile juxta propositum ommitteretur, ut sit tandem vera flora Europea. Plurimi desiderabant, ut in me sumerem additamentum specierum, descriptionum quæ a clariss. *Linnæo* non fuerunt peractæ; alii petebant ut usus œconomicos, medicos, &c. &c. ex variis *Linnæi* operibus extraherem: sed his additamentis volumina nimium aucta fuissent, sic exurgisset opus herbationibus, peregrinationibus inutile. Alii criticas annotationes, loca parallela *Halleri*, *Scopoli* in generibus desiderabant, sed positis horum egregiorum Botanicorum phrasibus, discrepantia generum satis apparet, hisque allegatis, saltem in vulgaribus inutiles evadunt descriptiones: etenim si quis attributa *Bauhini*, *Linnæi*, *Scopoli*, *Sauvagesii*, *Halleri*, aliorumque in synonymis allegata, coarcervare voluerit, concinam cujusque speciei nec-non characteristicam descriptionem fere semper obtinebit, unde difficient tantum attributa plurimis speciebus communia, quæ nulla evadunt, si scientifice progredi volumus.

Alii fortasse, iique inepti cavillatores, me vexabunt, quod aliquot horas successivas, sex mensium spatio, elaborandæ huic editioni impenderim. Clamitabunt sicut jam fecerunt, me Botanicum ardentem neglexisse praxim clinicam: dicant quid velint; Botanico lusui impendo tantum horas quas illi pigerrimi censores, cartarum lusui aliisque crepundiis amittunt: ægrotos nec negligo, in museo bonas horas, quaque die, lectioni repetitæ optimorum clinicorum impendo, curam nosocomii quod nec petens,

nec ſperans obtinui, accurate habeo: ex hoc quaque die obſervationes clinicas deſumo, ſed peractis negotiis, hieme herbarium, recreationis cauſa, paſſim pervolvo, æſtate cadente ſole campos vicinos aliquoties peragro, ut generum & ſpecierum noſtrarum adhuc novis vicibus imagines renovem, ſic functionum medicarum ſpinas emollio, ſic ſequenti die alacrior noſocomium viſito, ægroſque in urbe hilariori vultu obſervandos accipio. Sic Lugduni-Batavorum ſummus praxim exercebat *Boerhaavius*, etſi Botanicus egregius; ſic Monſpelii Sauvageſius, a Linnæo Botanicus egregius & pathologorum princeps nominatus; ſic Pariſiis Antonius Juſſieius, nec-non Geofroi Clinici & naturaliſtæ ſummi, ſic olim Lugduni-Gallorum, Dalechampius & Goiffonius, civibus chari tanquam praxi numeroſæ dediti, orbi erudito tanquam Botanici eximii: ſic Lipſiæ Ludvigius qui pari paſſu caſtra praxeos nec-non Botanicæ metitus eſt: His poſitis ad alterum hujus præfationis punctum properamus, ſcilicet in arte deſideratorum expoſitionem. Qui fata Botanicæ evolvere ſataget, ſtatumque actualem illius ſcientiæ nec-non progreſſus bene enucleavit, fateri debebit, præſertim indefeſſo labore Linnæi & coævorum jam hanc ſcientiam aliqua perfectione ſuperbire, etenim 1°. Adſunt definitiones accuratæ nominum technicorum, nunc valor realis cujuſque nominis determinatur. 2°. Adſunt diſpoſitiones methodicæ rite elaboratæ, juxta omnes fructificationis partes. 3°. Similia cum Similibus adunando, plurimi ſicut Royen, Hallerus, Adanſonius, Juſſieius nec-non ipſemet Linnæus plurima fragmenta catenæ naturalis in plantis invenerunt. 4°. Generum omnium cognitorum caracteres naturales ſunt adæquate deſcripti, aliorumque

essentiales notæ in plurimis sat rigorose fuerunt deductæ, 5°. specierum fere 9000 differentiæ propositæ, eorumque adumbrationes inceptæ; ex his plurimæ accurate descriptæ, non paucæ ad minimum 3000 delineatæ fuerunt. 6°. Canones scientiæ philosophice constituti fuere, ponderosisque plerique rationibus & exemplis confirmati saltem a Linnæo. 7°. Europæarum proprietates seu relationes in œconomia medecina, artibus variis sat bene enucleatæ fuerunt ab egregiis viris, nullo modo superstitioni deditis. 8°. plantarum anatomia nec-non phisiologia sunt saltem inchoatæ, hæc sunt, ni fallor, vera Botanicæ acquisita, sed peto sunt-ne plurimi qui omnem ambitum scientiæ fuerint complexi? Novi præstantissimos hujus ævi Botanicos, herbaria mea nec-non sua perlustrantes vidi; nullus omnes species quas centies viderat retinere potuit, tali modo ut nomen aspecto specimine fideliter appareret, nullus memoriter synonima, characteres omnium, mihi potuit in multis suppeditare, nullus ultra spontaneas suæ regionis, vulgaresque hortenses hunc habitum, quasi instinctum monstravit, quo, cito, uno specimine viso reducitur ad classem, ordinem, genus, speciem, cum synonimis, viribus, usibus. Fere omnes in his etiam spontaneis vacillantes inveni, in cryptogomicis, syngeneficis, graminibus, umbelliferis, aliisque familiis naturalibus in quibus characteres cujusque speciei quasi salientes plerumque desunt.

Hoc posito, quis non videbit quam sit prudens consilium, pauca amplecti, ut firmius teneantur? Omnes experti sciunt in Botanicis, quo plura aliquis occupabit objecta, eo confusiora evadere lapsu temporis, quo pauciora ea distinctiora permanere: consummati in arte tandem plus vacillant in denominatione specierum quam hortulani, qui

ex habitu paucas rite depictas poſſident memoria plantas. Si hæc ita ſint ; nonne melius agerent Botanophylli , ſi 1°. utiles plantas regionis ſuæ indagarent. 2°. Vulgares in tota Europa , ſi rite retinerent. 3°. curioſas tantum exoticas cognitas haberent. 4o. Si rariores pro ultimo certamine reſervarent. 5o. Tandem his acquiſitis , ſi horum omnium proprietates bene ponderarent , omnium ſitum , tempus florendi , maturandi , occuparent , vulgatiſſimarum anatomiam peragerent , leges evolutionis , multiplicationis , incrementi , nutritionis , motus , ſenſibilitatis exquirerent : nonne vere doctiores evaderent , quam ſtupenda iſta multiplicatione ſpecierum , quam omnes ambiunt , quam nominum omnium ſyſtematum perpetua & inquieta inquiſitione ; his conceſſis utilitas noſtræ editionis evidentius oculis omnibus patebit ; exhibet enim has omnes plantas cuique regioni Europæ proprias, inter has 800 , in toto tractu Europæ inveniuntur , aliæ ſparſæ creſcunt in variis regionibus ; nam quiſque angulus , nonnullas libentius fovet , plantas; in borealibus non paucæ inveniuntur ſpecies , quæ fruſtra quærerentur in auſtrali Europa ; in Alpibus aliquot centuriæ creſcunt , quæ nunquam collectæ fuerunt in planitie ; in auſtralibus Hiſpania , Italia , quot ſponte vigent quæ niſi cultura adæquata , creſcere poſſunt in mediterranea Gallia. Quo calidiores ſunt regiones ; eo numeroſiores offerunt plantarum ſpecies ; quo frigidiores , eo pauciores : Laponia vix ſexcentas alit ſpecies , circa Monſpelium , 2000 & ultra læte virent. Plurimæ ſpecies nonnullorum generum amant Hiſpaniam , ſicut teucria , lœflingia minuartia &c. aliæ Germaniam , ſicut nonnullæ campanulæ ,

gallia ,

galia, veronicæ, pirolæ. In Gallia auſtrali numeroſi cardui, in Lithuania pauciſſimi. In Gallia plurimæ ſpecies in excelſioribus tantum montibus inveniuntur, quæ in Lithuania læte in planitie creſcunt, campanula thyrſoidea, trollius Europæus, ophris corrolariſans. Plurimæ inveniuntur in Lituania ſpecies quæ fruſtra quærerentur aut rariſſimæ ſunt in Gallia. Campanula pyramidalis, lilifolia, valantia glabra, veronica maritima, dracocephalum Moldavicum, Ruiſchianum, pedicularis ſceptrum carolinum evonimus verrucoſus, ſaxifraga hirculus, pirola minor, uniflora, umbellata, eringium planum, laſerpitium prutenicum, cherophyllum aromaticum, orchis cuculata, ophris Loeſelii polygonum tataricum, ledum paluſtre, cucubalus viſcoſus, rubus camæmorus potentilla norvegica, anemone patens, ranunculus caſſubicus, ſcutellaria minor, lathræa ſquamaria, lathyrus paluſtris, cala paluſtris. In auſtrali Gallia, paucæ muſci, jungermaniæ, quæ numeroſæ in Lithuania. Qui omnes has differentias occupabit; debet ſedulo conferre ſpecimina auſtraliarum cum borealibus, varietates a climate, ſolo natas enucleare. Qui hæc omnia bene ponderabit evidenter videbit quam in vanum plurimi Linnæum inculparunt, quod durius varietates eliminaverit, evidenterque hæc bene obſervata ſtabilient, quod adhuc plurimæ ſpecies Linnæanæ forte meræ ſint varietates a ſolo, climate productæ: gentianæ, galia, campanulæ, hieracia, cardui ſupeditabunt horum omnium exempla: certe campanula thirſoidea quæ alpina, humilior, denſa folia offert cum thyrſo cauli æquali, in Lithuania altior, ſparſa folia producit cum thyrſo breviori, galia paluſtria vix

differunt a tereſtribus, veronicæ meridionales ſicut romana, cultura evaſerunt meræ varietates borealium; maritima, ſiberica, ſpicata, vix certe diverſæ ſpecies. Circæa Pariſienſis nullo modo differt ab Alpina; Nam in Lithuania media adeſt ſpecies altior, ſicut Pariſienſis, cujus foliola calycis ſunt colorata, ſicut in Alpina, cujuſque folia alpinæ ſimilia, &c. Quot ciſti, teucria, quæ jam ſuſpicante Linnæo, ſunt meræ varietates productæ a ſolo humido, umbroſo, ſicco, &c. qui hæc dubia leviora judicabit, colat varias ſpecies, ſicut diu fecimus, ſæpe mutet terras, irrigatio ſit diverſa, videbit quo modo mille modis polymorphæ evadunt pleræque ſpecies, quomodo cultura, tali modo mutantur, ut vix ad prototypos agreſtes reduci poſſint; non loquor de hybridis, defaſciatis, omitto varietates in numero ſtaminum, petalorum, capſularum, loculamentis, numero ſeminum. Hæc diverſitates in plurimis obſervantur; nonnullæ veronicæ, tria ſtamina nobis obtulerunt; ſambucus ſæpe ſex, ſeptem, Lyſimachia Thyrſiflora, ſex, ſeptem, octo ſtamina & ſegmenta corollæ, folia integra in aquoſis diſſecta fiunt, juniores plantæ villoſæ evadunt adultæ glabræ, ſpinoſi frutices mutici ſeneſcentes. Si igitur numerus, forma omnium partium, climate, cultura, ſtatione diverſitates in floribus & foliis producunt, quis ſtabilire poteſt, uſquequo natura ab Hiſpania, ad Lapponiam influxu aeris, temperie ſoli, has formas mutare valeat? indeque concludendum, jure meritoque Linnæum, his omnibus ponderatis, innumeras antiquorum varietates, a ſapore, odore, magnitudine deductas, ad ſpecies conſtantes reduxiſſe, in poſterumque illius plurimas

ſpecies tutius influxu ſoli, climatis cogn'to, ad alias ſpecies tanquam typos primitivos reducendas fore. Inde forte in poſterum ad tertiam partem numerus verarum, primitivarumque ſpecierum diminuetur: hoc peracto ſummo opere quod annos requirit; ſtatuendum eſſet, an quolibet ſeculo uniformis ſit natura? Nonne, accuratis peractis imaginibus plantarum, noſtri nepotes ſeculorum ſequentium, videbunt mutationes formarum, plurimas putatitias ſpecies deletas, novas æque fictitias evolutas? Forte ſi centum anni non ſufficiunt, quando conſidero, quot formæ canum deletæ, quot novæ evolutæ, quot formæ hominum diverſæ, in variis regionibus, libenter crederem ſucceſſu temporis, ſpecies antiquas deleri, novaſque effformari; ſed alia artis deſiderata proponamus, quæ forte graviora apparebunt.

Suppono ſpecies omnes rite determinatas, accurate deſcriptas, vere depictas, tandem plenarie adumbratas. Nihil ne reſtat agendum? Qui animo concipere omnes relationes vegetabilium valebit, perſpiciet facillime, quam magna ſit inquiſitionum novarum copia. Jam immortalis Linnæus noſter in philoſophia Botanica, in amœnitatibus Academicis, eadem animi acie qua nomenclaturam & diſpoſitionem reformaverat, pari ingenio fere omnes relationes plantarum tetigit; ſed unus ſolus vix omnia, leviſſima linea, potuit delineare; qui tanti viri pericula cognoſcunt, plurima ad clima Sueciæ attinentia inveniunt, quæ vix in aliis regionibus applicationem invenire poſſunt. Huc veniunt Horologium floræ, Calendarium, Somnus plantarum, Hoſpita inſec-

torum, Vernatio, Gemmatio arborum, floreſcentia, maturatio ſeminum, plantarum, arboretum, frutetum, nonne hæc omnia novis tentaminibus, noviſque obſervationibus, ſub quaque latitudine renovanda?

Hic vir immortalis utiliſſima refert, circa plantas edules: ſed quam multæ tales allegantur, quæ vix micam principii nutritu continent, quam plures omittuntur, quæ vere magnam quantitatem muci largiuntur, hæc ſola theſis de edulibus, innumera detegenda includit; quoad Anatomiam certe Grevius Anglus, Malpighius Italus, Duhamelius Gallus aliique egregia offerunt, ſed quam innumeræ conſtructiones, fabricæ adhuc latent. Plantarum Anatomia comparata adhuc in cunabulis vagit, in minimis natura diverſa veris obſervatoribus ſemper apparuit. Figuræ antherarum microſcopio viſarum, quot formas exhibent, quot accidentia, quot colores; Glandulæ, pili, fulcra, quot modis variis efformantur. Jam plurima pretioſa Guettard noſter ex primis propoſuit; ſed quot delineanda manent, ex vivis ſpeciminibus, plurima vidi juxta varias ætates, quæ omnia ab aliis omiſſa volumen craſſum adimplere poſſent; quoad ſtructuram textus celluloſi plantarum, vaſculorum lympham vehentium, vaſorum ſecretionibus inſervientium, vaſorum aereorum, glandulas, &c. Quam adhuc detegenda ſuperſunt: celeberrimus Bilſius egregia nobis demonſtravit, variaque olim vidimus quæ nec in Malpighii, nec in Duhamelii operibus reperiuntur. Unde tot ſunt conformationes diverſæ, quot variæ formæ naturales: adde morboſas configurationes ſcilicet caries, tumores, extravaſationes; hæc ſola pars phyſicæ vegetabilis, vix adumbrata fuit a peritis.

Phyſiologia minus adhuc perfecta apparet : (*) Qui mechanicos tantum impulſus, in plantis cogitarunt, remoram veræ phytologiæ impoſuerunt. Qui fluxum limphæ celerem in arboribus vulneratis, qui motus in ſenſitivis, papilionaceis, oxalide ; qui vibrationes ſtaminum in berberide, in chenopodiis ; qui directionem radicum ad nutum plantæ, obtuſo ſenſu quærentes ſuccum aptum ; qui motus inclinationis ramorum, foliorum ad lucem ; qui excretionum phœnomena, aliaque ejus comatis varia ſedulo obſervabit ; ille certe vix concedet, omnia in vegeabilibus mecanicis legibus peragi, ille collatis phenomenis, irritabilitatem in fibris vegetabilium mirabitur, ille ab hac irritabilitate innata, fluxum limphæ deducet ; ille ab hoc principio ſecretiones varias, quin imo omnibus penſitatis, in poſterum apparebit, non modo motus ſpontaneos in foliis, pedunculis, ſtaminibus, calyce, corolla, fructu adeſſe aut viſibiles aut ſicut acus horologii inviſibiles ; ſed etiam ſaltem in nonnullis ſpeciebus motus progreſſivos adeſſe ; certe bulbi tuliparum, aliarumque liliacearum naſcuntur, evolvuntur, ad plurimos pollices a matre effœta, certe tubera ſolani, ranunculi ficariæ, filipendulæ idem phenomenon exhibent. Plantæ plurimæ juxta lineam rectam ſatæ, ſequentibus annis divaricantur, ſic plurimi frutices juniores diſcedunt, a viis nimium calcatis ; unde concludendum Botanophyllis, qui mecanicas leges

(*) In hac parte, plurima egregia Duhamelio, Hallerio, Boneto, nec-non Chimicis variis debemus, Linnæus plurima Præſtitit. Sed primus Cell. Barthefius veræ phiſiologiæ animatæ plantarum fundamenta paucis verbis poſuit.

derelinquent, varia nova ſtupendaque phenomena demonſtrare poſſe, quæ tribuenda erunt energiæ principii vitalis, nullo modo mecanicis legibus peragentis ſed his miſſis quæ diſſertationum plurimarum materiem largire poſſent, ad alia deſiderata properam.

Mitto tinctoriam artem, mitto frutices nec non radices arborum, cujus ligna, laminas coloratas, pulchras pro variis opificibus, (*Ebeniſte*) ſuppeditare poſſint, omitto innumera tentamina circa plantas, baccas, radices, quæ ſpiritum ardentem largiuntur, loquar paucis de reformanda materia medica: ex octo millibus ſpecierum, ſexcentæ indicantur, tanquam medicinales; ſed ex his quot veris obſervationibus confirmatæ! Bono animo antiqui, virtutes ab antiquioribus plantis conceſſas, vix rite cognitis conceſſerunt: inter proprietates ab antiquis allegatas, quot ſunt vanæ, abſurdæ, vix a ſana mente admittendæ, & quod pejus, omnibus computatis, falſæ virtutes, numeroſiores ſunt vere confirmatis: unde nam exurgit credulitas illa? Ex ignorantia efficaciæ naturæ medicatricis; antiqui præter Hypocratem ſicut recentiores, præter Stallium, non computatis morbis qui ſponte ſanantur, honorem curationum conceſſerunt plantis pro his morbis præſcriptis: unde tam numeroſa vulneraria, maturantia, ſupurantia, anodina, antiſpamodica, febrifuga, cephalica: quia plerumque fructuræ, vulnera, phlegmones, diſſenteriæ, peripneumoniæ, pleuritides, febres, Diarrhææ, ſpaſmi, vulnera, hæmorragiæ, dolores, aſtma, artritis, ſponte ſanantur, in his numeroſa abſurda tanquam probata proponuntur. His conceſſis duo impedimenta materiæ medicæ cognoſcuntur. 1°. Ignorantia plantarum ab antiquis deſignatarum 2°. Ignorantia morborum ſponte curandorum. Prima nunc exoleta difficultas,

certe omnes plantæ medicinales rite descriptæ & delineatæ sunt; sed semper natura manet morborum medicatrix, unde incertum diu manebit, an illa aut plantæ morborum sanationem procurârunt: inde dubia invincibilia usquequo adsit specialis a accurata morborum historia, qui solis naturæ viribus debellantur: sed hac historia vix hodie inchoata, paucissimæ sparsæ jacent observationes morborum solis naturæ viribus commissorum.

Alterum in materia medica desideratum in eo versatur, ut in quoque morbo una planta prescribatur non vero miscella variarum, quia his mixtis nulla revelatio adesse potest, unius aut alterius efficaciæ: attamen ad hunc usque diem, fere omnes medici composita tantum medicamenta præscripserunt, lege Hoffmanum, Boerrhavium, Stahlium, lege Sennertum, Junkerum lege etiam recentissimos Sauvagesium, Lieutaudium; ubique formulæ apparent, quæ plurimas herbas offerunt; cuinam, quæso, harum honor sanationis concedendus?

His omnibus pensitatis, videant medici Botonophylli, quam numerosæ novæ observationes restant peragendæ: analisi severa legant immortalia Halleri, Murraii opera, quæ fere omnes plantarum effectus, specialioribus casibus a recentioribus confirmatos offerunt; ex his segregentur casus qui morbos sponte sanandos continent, videbunt quam curta manebit vera nostra materia medica. En sunt,(*) ni fallor, præ-

(*) Inter desiderata artis, unum adhuc exponendum manet, quod certe hujus ferrei seculi Philosophis non placebit, scilicet theologia naturalis phytologica: jam a plurimis annis, Philosophi, ad risum, causas finales contemnunt; attamen utilissimum opus suspicor, imprimis hoc duro atheismi seculo,

cipua Botanicæ desiderata nec anni nec secula sufficiunt, ut vacua tanta catenæ resarciantur, hinc in botanicis, sicut in aliis scientiis dicendum cum Seneca, *plurima egerunt qui ante nos fuerunt, plurimumque ad huc restat agendum.*

---

scilicet methodicam expositionem cujusque structuræ in variis plantis, hujusque rationis sufficientes: hanc thesim jam Linnæus, in variis operibus egregie elucidavit, sed quam multa curiosa adhuc manent detegenda: mirabili modo stipulæ radicales, juniorem scapum cum floribus defendunt; in aquaticis nonnullis, quarum flores submersi fecundantur, quam mirus apparatus! huc veniunt pili menyanthes corollæ: Hic contemplandus somnus plantarum, quare humida tempestate corollæ plurimorum clauduntur? quare capsulæ plurimæ, elasticæ? quare semina numerosa volitant? Quomodo furente gelu, germina seminum sana servantur? quare plurima germina, etiam vim digestionis animalium eludunt. Talia phænomena, sicut millena alia quæ mente concipiuntur, jucundum & utile opus bene ordinata offerent. O utinam cito tale publicetur! Tunc omnes botanophylli, uno ore, cantabunt: *Plantæ enarrant gloriam Dei.*

NOMENCLATOR LINNÆANUS,

SEU

EXPLICATIO

TERMINORUM

TECHNICORUM

IN HOC SYSTEMATE PLANTARUM

OCCURRENTIUM,

ORDINE ALPHABETICO

EXHIBITA.

Nota ad B. L.

Licet LINNÆUS in *Horto Cliffortiano*, *Philoſophia Botanica*, *Fundamentis Botanicis*, & in Libello, cui tit. eſt: *Termini Botanici explicati*, quoad maximam partem terminos botanicos expoſuerit, maxime tamen ſparſi ſunt, hinc inde colligendi, ac ordine alphabetico exhibendi propterea cl. Leers haud parvam apud Tirones gratiam obtinebit, qui hoſce collectos & ordine alphabetico diſpoſitos, in Tironum uſum exhibuit.

A.

1 *ABREVIATUM* Perianthium, (572) longitudinem Tubi (857) Corollæ (193) non attingens.

2 *Abortiens* Pericarpium, (573) quod ante maturitatem decidit.

3 *Abrupte pinnatum*, Pinnatum (593) terminatum neque Cirrho (142) neque Foliolo. (323) id. ac *Pinn. fine impari.* (595.)

4 *Acaulis* Planta, Caule carens *Carduus caulis.*

5 *Aceroſa* Folia; Linearia, (458) Subulata, (807) perſiſtentia, (577) plerumque baſi articulatione ramo inſerta. *Pinus juniperus.*

6 *Acinaciforme* Folium, Compreſſum, (160) Carnoſum, (122) altero margine convexo anguſto, altero rectiore, craſſiore.

7 *Acinaciforme* Pericarpium, (573) cum fructus inſtar cultelli compreſſus, altero angulo longitudinali obtuſo, altero rectiore craſſiore.

8 *Acotyledones* Vegetabilia, ubi nulli omnino extant Cotyledones (199) ſub ſeminis Germinatione (352) *Cryptogamia.*

9 *Aculeatum* Folium, cum Aculei pungentes rigidi occupant Diſcum. (257)

10 *Aculeatus* Caulis, (132) Aculeis (11) Sparſis, ſ. confertis armatus. *Roſa*, *Berberis*, *Rubus.*

11 *Aculeus*, Mucra pungens Plantæ (600)

Cortici tantum adfixus. (non Ligno.) 730 ; 657 , 404 , 668 , 354.

12 *Acutum* Folium , quod terminatur Angulo acuto. (*)

13 *Adnatum* Folium , Pagina (534) ſuperiore baſi rami adnexum.

14 *Adſcendens* Caulis Fol. Pedunc. Coroll. 4. arcuatim ſurſum verſus.

15 *Adverſum* Folium , cum pagina (534) ſuperior non Cœlum ſed horizontem ſpectat.

16 *Æqualia* Filamenta (303) eandem ſervantia longitudinem.

17 *Æqualis* , Corolla (193) ubi partes figura magnitudine , & proportione æquales ſunt.

18 *Æſtivatio*, Corollæ (193) Complicatio ante explicationem Floris.
a. Convoluta (186) b. Conduplicata , (171) c. Imbricata (391) d. Valvata. e. Inæquivalvis.

19 *Aggregatus* Flos. Compoſitus (162) Receptaculo (661) dilatato , floſculis ſubpedunculatis. *Jaſione.*

20 *Ala* , membrana adfixa ſemini. (712) (24).

21 *Ala* , denotat Angulum , quem cum caule facit Petiolus (585) & viciſſim (72).

22 *Alæ* , (Caulis ,) membranæ foliaceæ , quæ ſecundum Caulium longitudinem decurrunt. (25).

23 *Alæ* , Corollæ Papillonaceæ (545) Petala

(*) Si ſuper lineam ductam perpendiculum erigo, anguli qui inde utrinque oriuntur , *recti* dicuntur. Anguli rectis majores aut minores ſunt *obliqui*. Et majores quidem rectis appellantur *obtuſi* , minores vero , *acuti*. *Geomet.*

duo quæ Carinæ (125) lateribus utrinque adſtant ſolitariæ.

24 *Alatum* Semen (712) lateribus membrana auctum , qua volitante diſſeminatur *Acer. Fraxinus. Ulmus.*

25 *Alatus* Caulis , qui ſecundum longitudinem eſt foliatus. (22) *Scrophularia.* V. *Thapſus.*

26 *Alatus* Petiolus (585) latere utrinque membrana auctus. *Citrus* , *Aurant.*

27 *Alterna* Folia , cum unum poſt alterum , tanquam per gradus circa Ramum exoritur.

28 *Alternatim* pinnatum Folium. Pinnatum (593) foliolis alternis minoribus.

29 *Amentum* Calycis (113) Species, a Receptaculo communi (152) filiformi , ſquamis paleaceo-gemmaceis diſtinctum.

30 *Amplexicaule* Folium , ſi baſis Folii utrinque ambiat latera Caulis tranſverſim. (713)

31 *Anceps* Caulis , angulis duobus oppoſitis acutiuſculis.

32 *Androgyna* Planta. (484)

33 *Angyoſpermus* Fructus. Semina Pericarpio (573) tecta.

34 *Angulatum* Folium. Angulis (36) pluribus prominentibus. (834) (634)

35 *Angulatus* Caulis , pluribus quam duobus angulis cavis longitudinaliter exaratus. Unde obtuſangulus acutangulus (12 - in not.)

36 *Anguli* foliorum ſunt partes prominentes Folii horizontalis.

37 *Annulus* (Fungi) membrana ſ. pars Volvæ (907) ſtipitem (778) ſupra medium cingens.

38 *Annulus* (Muſci) dicitur Antheræ (41) margo exterior Oræ elaſticus , orificium coarctans in quibuſdam Muſcis eſtque nudus ſ. ciliatus.

39 *Annua* Radix, (648) intra annum emoritura.

40 *Anomala* Corolla. (430)

41 *Anthera*, Plantarum Genitale maſculinum, (475) Pollen (607) (veram genituram) ducens, quod matura demittit. (264) (179)

42 *Anthera* (Muſcorum) Capitulum ſ. pars pericarpiformis glabra, membranacea, ſeſſilis, (*Phaſcum*) vel pedunculo (565) inſtructa, (*Hypna*) conſtat Calyptra (112) operculo (523) Ciliis, Polline, & rarius Apophyſi (47) differt, Figura, ovata, conica &c. Subulata in *Anthocerote*, Multifida, (*Marchantia*) quadrifida. (*Jungermania*)

43 *Antheſis* in Floreſcentia (313) peragitur, dum Antheræ (41) ruptæ ſpargunt ſuum Pollen (607) veſiculare ſupra Stigma. (775) Nuptiæ plantarum.

44 *Apetalus* Flos. Petalis (581) carens, non Perianthio. (572)

45 *Apex* Folii ſimplicis (734) reſpicit extremitatem in quam deſinit.

46 *Aphyllus* Caulis, Foliis deſtitutus.

47 *Apophyſis* (in muſcis) Pars inferior Antheræ. (4) cartilaginea incraſſata, qua Pedunculo (565) adnigitur. *Polytrichum.*

48 *Appendiculatus* Petiolus (585) ramentis foliaceis ad baſin inſtructus.

49 *Appreſſum* Folium, cum Diſcus (257) folii approximatur Cauli.

50 *Approximata* Folia, ad ſe invicem proxime accedentia.

51 *Approximata* Volva (907) fungi Pileum (586) accedens.

52 *Arboreus* Caulis, Perennis Caudice (127) ſimplici gemmifero.

53 *Arillus*, Tunica propria exterior ſeminis ſponte ſecedens, eſtque Cartilagineus (*Cynogloſſum*) vel ſucculentus (*Evonymus.*)

54 *Ariſta*, Mucro ſubulatus Glumæ (364) infidens graminibus, eſtque *Recta* (664) *Tortilis* (831) &c.

55 *Arma*, Mucrones arcentes animalia, ne lædant Plantam.

a. Aculei (11) b. Furcæ (341) c. Spinæ (761) d. Stimuli (776)

56 *Articulata* Radix (648) geniculis (394) intercepta.

57 *Articulata* Siliqua (729) geniculis coarctatis intercepta *Raphanus.*

58 *Articulata* Spica (759) Internodiis (419) geniculata. *Carex pulicaris.*

59 *Articulate* dehiſcens Pericarpium (573) ſecundum articulos monoſpermos tranſverſim. *R. Raphaniſtrum.*

60 *Articulate* pinnatum Folium, Petiolo communi (885) articulato.

61 *Articulatum* Folium, cum unum ex alterius apice excreſcit.

62 *Articulatus* Bulbus (106) conſtans lamellis catenulatis. *Adoxa.*

63 *Articulatus* Caulis ſ. Culmus (205) Internodii (419) geniculatus.

64 *Articulatus* Pedunculus (564) Geniculo (349) plerumque unico inſtructus. *Rumex.*

65 *Articulus*, Culmi (205) pars geniculis duobus interjecta. Internodium (419)

66 *Aſperum* Folium, idem ac ſcabrum. (702)

67 *Assurgens*, Caulis, Folium, arcuatim erectum, primum declinatum (215. 216) deinde apice erectum.

68 *Attenuatus* Pedunculus (564) versus apicem sensim crassitiem perdens.

69 *Auctum* Perianthium. (111)

70 *Auriculata* Folia, lobo laterali minore prope Basim aucta. *Jungermannia.*

71 *Avenia* Folia, Venis destituta. Opposita Venosis. (388)

72 *Axilla*, *Axillaris*, est denominatio quæ spatium comprehendit inter Caulem, Ramum & Folium. Ala (21)

73 *Axillare* Folium (subulare) quod ad rami exitum inseritur.

74 *Axillaris* Pedunculus, ex ala (21) scilicet inter folium & ramum, &c. ortus *Dulcamara.*

B

75 *Bacca*, Pericarpium (573) farctum evalve, non dehiscens, semina nuda nidulantia (499) continens, estque mono - di - tri, terta penta-polyspermа.

76 *Barba* Corollæ Ringentis (693) Labium (433) inferius.

77 *Barba* Species Pubis (628) Pili (591) paralleli unde.

78 *Barbatum* Folium, pilis parallelis obsitum.

79 *Bicapsulare* Pericarpium (573) tri-multicapsulare, a numero Capsularum. *Asclepias*, *Aconitum*, *Aquilegia.*

80.

80 *Bicornes*, dicuntur Plantæ, quarum Corollæ antheris cornutis inſtructæ ſunt. *Erica*, *Vaccinium*.

81 *Biennis* Radix, altero anno florens, & deinde emoritura. *Cynogloſſum*.

82 *Bifaria* Folia, ad latera rami oppoſita, tantum enata.

83 *Biſidum* Folium, tri - quinque - Multifidum Folium a numero Fiſſurarum. Species Fiſſi. (306)

84 *Biflora* Gluma (364) duos tantum Flores amplectens. *Aira*.

85 *Bigemminum* Folium, cum petiolus dichotomus(238) apicibus adnectit foliola(323)quatuor.

86 *Bijugum* Folium *trijuga*, *quadrijuga*, *quinquejuga*, *ſejuga*, &c. Pinnatum (593) foliolis (323) tantum quatuor, ſex, octo, decem, duodecim, &c.

87 *Bilobum trilobum*, &c. Folium, a numero loborum. Lobati (462) Species

88 *Bilocularis tri - quadri-quinque decem* locularis Capſula (119) a numero Loculamentorum (463)

89 *Bina* Folia prout terna, quaterna, &c. ſpecies verticillatorum (895)

90 *Binatum* Folium, *ternatum*, *quinatum*, eſt digitatum (247) foliolis tantum duobus, tribus, quinis.

91 *Bipartitum tri - quinque multipartitum* Folium, a numero Laciniarum (438) Partiti (557) ſpecies.

92 *Bipinnatum* Folium, ſ. Duplicato pinnatum, cum Petiolus (585) lateribus adfigit foliola pinnata. (593)

93 *Biternatum* Folium, ſ. Duplicato ternatum, cum Petiolus (585) adfigit tria foliola ternata (822)

94 *Bivalvis* Capſula, *tri-quadri, quinque ſex*, &c. valvis a numero valvarum (885) in quas dehiſcit.

95 *Bivalvis* Gluma (364) duabus conſtans ſquamis.

96 *Brachiæ*, arborum Rami craſſiores.

97 *Brachiatus* Caulis, Ramos decuſſatim (224) oppoſitos habet.

98 *Brachium*, *Brachialis*, Menſura, ab axilla ad apicem Digiti intermedii. *Pedes duo.*

99 *Bractea*, Folium florale (311) Colore & Figura a ceteris foliis recedens. *Tilia*, *Fumaria*, *bulboſa.*

100 *Bracteatus* Pedunculus, Bracteis (99) inſtructus.

101 *Brevis* Petiolus, longitudinem Folii non attingens.

102 *Breviſſima* Filamenta (303) Corolla breviora.

103 *Breviſſimus* Petiolus. (885) Folio multoties brevior.

104 *Bulbiferus* Caulis, Bulbos (106) gerens in axillis (72) Foliorum.

105 *Bulboſa* Radix, Bulbo (106) inſtructa.

106 *Bulbus*, Hybernaculum (387) Plantæ (600) ex rudimentis foliorum præteritorum.

107 *Bullatum* Folium, ex Rugoſo (698) fit, rugis contractis, ab altera parte concavis.

C

108 *Caduca* Corolla, Perianthium, ad explicationem Corollæ mox decidens. *Thalictrum*; *Actea*, *Chelidonium*, *Papaver*.

109 *Caducum* Folium, brevi decidens, nec per integram æſtatem permanens.

110 *Calcar*. Nectarium (496) ex Corolla pone in Conum extenſa. *Anthirrin*, *Linar*, *Orchides* unde *calcarata* Corolla.

111 *Calyculatum* Perianthium, ſ. auctum, quaſi alio minore Calyce exterius ad baſin cinctum. *Crepis Dianthus*.

112 *Calyptra* Calyx (113) Muſci Cucullatus, antheræ (41) ſuperimpoſitus (665) (513) (900)

113 *Calyx*, Cortex Plantæ in fructificatione (331) præſens. Species ſeptem numerantur. I. *Perianthium* (572) II. *Involucrum* (427) III. *Gluma* (364) IV. *Amentum* (29) V. *Spatha* (756) VI. *Calyptra* (112) VII. *Volva* (907)

114 *Campanulata* Corolla, Ventricoſa (890) abſque Tubo (857) Limbo (456) dilatato. *Campanula*.

115 *Canaliculatum* Folium, ſupra longitudinaliter ſulco profundo excavatum.

116 *Capillaris* Pappus (548) radiis ſeu pilis indiviſis. *Crepis*.

117 *Capillus*, Menſura, eſt diameter Crinis. *Linnæ pars duodecima*.

118 *Capitulum* conſtat Floribus pluribus in globum ferme congeſtis. (249) (361) (804) (503) (424) (295)

119 *Capſula* , Pericarpium (573) membranaceum cavum, determinate Valvis (884) deniſcens Conſtat *Valvis* (884) *Loculamentis* (463) *Diſſepimento* , (259) *Seminibus* (52) *Proprio Receptaculo* (626) & *Columella* (149)

120 *Carina* Corollæ papilionaceæ (545) conſtat duobus Petalis coadunatis , excipit & includit Stamina (771) Piſtillaque (598)

121 *Carinatum* Folium ſi pars prona ſ. inferior Diſci (257) prominet longitudinaliter, unde *Carina acuta* , *obtuſa ciliata* , in foliolis Calycis , & valvis (95) Glumæ (364)

122 *Carnoſum* Folium , interne pulpa ſolidiuſcula ſucculenta repletum. *Sedum.*

123 *Cartilagineum* Folium , cujus margo cartilagine a ſubſtantia folii diverſiſſima firmatur.

124 *Caſtrata* Stamina (771) Antheris (41) deſtituta. *Geranium Herniaria.*

125 *Cauda* Filum nudum (*Geum urban.*) ſ. plumoſum (*Clematis vitalba*) Semen terminans , unde.

126 *Caudata* Semina dicuntur.

127 *Caudex* dicitur arborum truncus. (850) eſtque adſcendens , ſ. deſcendens. (Radix)

128 *Cauleſcens* Planta , caule inſtructa. Oppoſita acaulis (4)

129 *Caulinum* Folium , cauli (132) non ramo inſertum.

130 *Caulinus* bulbus (130) cauli inſidens Axillis , *Dentaria* , *Lilium.* apice *Allium.*

131 *Caulinus* pedunculus, e caule , non ex ramo ortus.

132 *Caulis* , truncus (850) proprius herbæ (375) elevat folia , fructificationemque. (331)

133 *Cernuus* pedunculus, cum apice incurvatur , (402) ut Flos verſus latus vel Terram nutet. *Bidens cernua.*

134 *Ceſpitoſa* planta , cum multi caules ex eadem radice ſimul prodeunt.

135 *Ciliatum* Folium , cujus margo (473) ſetis parallelis longitudinaliter obvallatur. Baſi ciliata folia *Thymus* , *Serpillum.*

136 *Circinalia* folia , *Vernatio* , ſ. *Spiralia* , quum folia deorſum ſpiraliter involvuntur. *Filices.*

137 *Circumſciſſa* capſula , (119) quæ maturo fructu horiſontaliter diſcedit. *Anagallis* , *Lyſimachia* , *Plantago.*

138 *Circumſcriptio* Folii , conſiderat peripheriam fol. ſimplicis , abſque ſinubus (745) & angulis. (36) idem ac figura. (805) (533) (527) (529) (516). &c.

139 *Circumſepiens* ſomnus , (752) cum folia (alias horizontaliter poſita) noctu eriguntur in formam infundibuli (412)

140 *Cirrhoſum* Folium , quod terminatur cirrho (142)

141 *Cirrhoſum pinnatum* folium , eſt pinnatum (693) terminatum cirrho (142)

142 *Cirrhus* , eſt vinculum filiforme ſpirale, quo planta alio corpori alligatur.

143 *Clavatus* pedunculus, clavæformis ſ. verſus apicem ſenſim incraſſatus (400)

144 *Coadunata* folia , quæ invicem annectuntur , ut plura inter ſe baſi concreſcant.

145 *Coalitæ* antheræ (41) idem acconatæ. (179) 14.

146 *Coarctata* panicula (543) ſ. *contracta*, cum pedicelli (561) culmo approximantur.

147 *Coarctati* rami, (650) verſus ſummitatem fere incumbentes.

148 *Colorata* folia, & omnes partes plantæ (excepta corolla) dicuntur, quæ alium colorem quam viridem induunt.

149 *Columella*, capſulæ (119) pars, connectens parietes (259) internos cum ſeminibus.

150 *Coma* conſtat bracteis (99) quæ Caulem terminant magnitudine inſignes *Fritillar. Coron. Imper.*

151 *Commune* perianthium (572) plures flores congregatos continens cingenſque.

152 *Commune* receptaculum (661) plures flores eorumque fructus connectens.

153 *Communis* Gemma (344) flores & folia includens.

154 *Communis* { Pedunculus, pluribus floribus communis. / Petiolus plura quam unum adnectens folia.

155 *Compactum* folium, ſubſtantia ſolida conſtans.

156 *Compoſita* corolla, pluribus conſtans floſculis intra commune perianthium (151) ſupra receptaculum commune. (152)

157 *Compoſita* fructificatio, (331) pluribus floſculis confluentibus.

158 *Compoſita* Spica (759) pluribus ſpicillis (760) pedunculo inſidentibus.

159 *Compoſita* umbella (862) omnibus pedunculis apice umbellulas (863) gerentibus.

160 *Compoſitum* folium, petiolo (154) plura

quam unum proferente folia, fecundum gradus (367) compoſitionis.

a *compoſita* (61. 180. 247. 90. 560. 593. 86.)

b *decompoſita* (218)

c *ſupradecompoſita*. (814)

161 *Compoſitus* caulis in ramulos ſubdiviſus, deliqueſcens adſcendendo.

162 *Compoſitus* Flos, (156) receptaculo (152) dilatato integro floſculis ſeſſilibus antheris connatis. *Syngeneſia*. Eſtque 1. *Ligulatus* (455) 2. *Tabuloſus*. (855) 3. *Radiatus* (638)

163 *Compoſitus* pappus (548) radiis ſ. pilis ramoſis (659) (605) inſtructus.

164 *Compoſitus* racemus, (635) ramoſus ſ. diviſus in plures.

165 *Compreſſa* ſiliqua (729) lateribus oppoſitis proxime ad ſe invicem accedentibus.

166 *Compreſſum* folium, eſt pulpoſum (630) lateribus magis quam diſco (257) complanatis.

167 *Compreſſus* Caulis, duobus lateribus oppoſitis fere planis.

168 *Concavum* folium, margine diſco (257) arctiore, ut deprimatur diſcus.

169 *Conceptaculum*, folliculus. (316)

170 *Conduplicans* ſomnus (752) quando foliola ſibi invicem ut libri folia approximantur, ſuperiorem paginam tegentia.

171 *Conduplicata* a) vernatio (891) b) folia, cum folii latera *parallele* (*) ſibi invicem ap-

(*) *Lineæ parallelæ* ſunt rectæ, æquali ubique ſpatio ſejunctæ. *Geometr.*

proximantur. *Quercus*, *Corylus*, *Carpinus*, *Fagus*, &c.

172 *Conferta* folia, cum ita copiosa, ut ramos occupent totos, vix relicto spatio.

173 *Confertus* verticillus, (897) pedunculis approximatis.

174 *Confluentia* Folia, ad basin inter se cohærentia.

175 *Conglomerati* Flores s. pedunculi, cum pedunculus ramosus flores ferat brevissimis pedicellis, absque ordine arcte congestos & compactos. *Dactyl. glomer.*

176 *Conicum* receptaculum (661) teres (816) versus apicem attenuatum.

177 *Conata* filamenta (303) in unum corpus coalita. *Monadelphia.*

178 *Connata* folia, si opposita (524) paria basi utrinque inter se coadunantur.

179 *Connatæ* Antheræ, (41) in unum corpus concretæ *Syngenesia.*

180 *Conjugatum* Folium, pinnatum (593) foliolis binis lateralibus, nec pluribus.

181 *Connivens* Corolla, cujus Limbi (456) lobi apicibus convergunt.

182 *Connivens* Somnus (752) quando duo folia opposita, pagina (524) superiore tam arcte ad se mutuo applicantur, quasi unicum esset Folium.

183 *Contorsio.* v. *Torsio* (830)

184 *Contortum* pericarpium (573) cum spiraliter contorquetur. *Medicago*, *Spirea*, *Ulmaria.*

185 *Convexum* folium, margine disco (257) arctiore instructum, ut elevetur discus.

186 *Convoluta* Folia, vernatio. (891) cum unius

lateris margo ambit alterum ejuſdem folii marginem inſtar cuculli. (204)

187 *Convolutus* chirrus, (142) in annulos contortus.

188 *Corculum*, novæ plantæ primordium intra ſemen, conſtat plumula (606) & roſtello (695)

189 *Cordato-oblongum* folium, oblongum (516) angulis poſticis obtuſiſſimis, baſi excavatum.

190 *Cordato-lanceolatum*, lanceolatum (447) angulis poſticis obtuſis, baſi excavatum.

191 *Cordato-ſagittatum*, ſagittatum (700) marginibus verſus angulos convexis.

192 *Cordatum* folium, ovatum (533) baſi ſinu (745) excavatum, angulis poſticis deſtitutum.

193 *Corolla* liber (alburnum) plantæ (600) in flore (316) præſens, eſtque monopetala(485) tubo (857) & limbo, (456) vel polypetala (611) ungue (868) & lamina (443) conſtans.

194 *Corollula* eſt compoſiti floris (192) corolla partialis.

195 *Corona*, *Coronula* ſeminis, caliculus ſupra adhærens, quo volitat. *Scabioſa*, *Dipſacus*.

196 *Coronata* ſemina, quæ 1) pappum (548) *Hieracium*, *Crepis*, *Picris*) vel 2) perianthium parvum, (195) (*Scabioſa*) vel 3) Setas hiſpidas (*Bidens*) ſupra adfixa habent.

197 *Corticalis* Gemma (344) e corticis ramentis confecta.

198 *Corymbus* fit ex ſpica, (759) dum ſinguli flores pedunculis propriis inſtruuntur, ſitu elevato proportionali *Tetradynamia*.

199 *Cotyledon*, corpus laterale ſeminis (712) bibulum caducum, unde *Acotyledones* (8) *Monocotyledones*, (482) & *Dicotyledones*. (241).

200 *Crenatum* folium, margine inciſuris ſine reſpectu extremitatis ſecto, unde *acute-obtuſe crenatum duplicato crenatum*, crenis iterum crenatis.

201 *Criſpum* folium, margine luxuriante, ut diſcus (257) evadat major, ſua rachi (637. b) omnia folia criſpa ſunt monſtroſa. *Malva criſpa Lepid. naſturt.*

202 *Cruciformis* ſ. *Cruciata* Corolla, petalis (581) quatuor æqualibus patens. *Tetradynamia.*

203 *Cubitus*, *Cubitalis*, menſura, a flexura cubiti ad extimum apicem digiti intermedii. *Unciæ ſeptemdecim.*

204 *Cucullatum* folium, lateribus ad baſin conniventibus, apice vero dilatatis.

205 *Culmus*, truncus (850) graminibus proprius, elevat folia fructificationemque, plerumque geniculatus (348) articulis inanibus. Europæi annui (39) omnes.

206 *Cuneiforme* ſ. cuneatum folium, ſenſim verſus baſin angulatum.

207 *Cuneiforme emarginatum* folium, 206) apice ſinu excavatum.

208 *Cuſpidatum* folium, terminatum apice ſetaceo rigidiuſculo.

209 *Cyathiformis* corolla, cum ex cylindro (*) ſuperne parum dilatata eſt.

(*) *Cylindrus* oritur, circulo ad lineam rectam, motu parallelo, deſcendente. *Geometr.*

210 *Cylindrica* Spica (759) cylindriformis ſ. teretiuſcula, *ſecunda* vero dimidiata.

211 *Cyma*, receptaculum omnes pedunculos primarios ex centro eodem univerſali educens, partiales vero vagos ſpargens. v. *Obtuſus*.

D.

212 *Dædaleum* folium, una flexuoſum laceratumque (435)

213 *Decidua* corolla, cum floris caſu. *Plerœque*.

214 *Deciduum* folium, peracta unica æſtate caſurum.

215 *Declinatum* folium, deorſum flexum inſtar carinæ naviculæ.

216 *Declinatus* caulis, arcuatim deſcendens.

217 *Decompoſita* umbella (862) ſ. *Prolifera*, ſi ex umbellula (863) ſimplici, aliæ enaſcuntur umbellulæ. Gradu iterum aucto dicitur *ſuprade-compoſita*.

218 *Decompoſitum* folium, cum Petiolus ſemel diviſus adnectit foliola (323) plura. (85. 93. 92.)

219 *Decompoſitus* Flos, compoſitus (162) ex *compoſitis*, continet intra calycem communem (151) minores calices, communes multis floribus. *Spæranthus*.

220 *Decumbens* caulis, procumbens (618) altiore baſi.

221 *Decurrens* folium, baſi folii deorſum per caulem extenſa. *Carduus* v. *Thapſus*.

222 *Decurrens* petiolus, lateribus deorſum per caulem vel ramum extenſis.

223 *Decurſive pinnatum* folium, Pinnatum

(593) foliolis (123) decurrentibus (221) per petiolum.

224 *Decuſſata* folia, ita oppoſite (524) diſpoſita utrami apice inſpecto, quatuor ordines referant.

225 *Deflexi* rami, arcuatim deorſum inclinati.

226 *Defoliatio*, tempus autumnale, quo arbores folia dejiciunt.

227 *Dehiſcentia*, tempus quo fructus maturus ſemina diſpergit; fitque apice (*Ceraſtium*) baſi (*Triglochin*) angulis (*Oxalis*) poro (*campanula*) horizontaliter (137) vel articulate (59)

228 *Deltoideum* folium, rhombeum (694) ex quatuor angulis, quorum laterales minus a baſi diſtant, quam reliqui.

229 *Demerſum* folium, quod intra aquæ ſuperficiem abſconditur.

230 *Dentata* radix, moniliformis, ex articulis concatenatis.

231 *Dentato Sinuatum*, dentatum (232) Sinubuſque excavatum.

232 *Dentatum* folium, quod acumina horizontalia, folii conſiſtentia, ſpatio remota habet.

233 *Dependens* Folium, quod recta terram ſpectat.

234 *Dependens* ſomnus (752) foliolis demiſſis.

235 *Depreſſum* folium, pulpoſum (630) diſco (257) magis quam lateribus complanato.

236 *Determinatio* foliorum (317) non a propria. Structura, ſed a loco (465) ſitu (746) inſertione (413) & directione (255) ſ. Expanſione, deſumitur.

237 *Dextrorſum* (743)

238 *Dichotomus* caulis, bifariam ſemper diviſus.

239 *Diclinia*, flores maſculi (476) & feminei (300) in eadem ſpecie, ſed diſtinctis thalamis

gaudentes. Comprehendit a. *Monoeciam* b. *Dioeciam* &c. *Polygamiam.*

240 *Dicocca* capſula (242)

241 *Dicotyledones* , foliis ſeminalibus duobus ſub ſeminis germinatione *Plantæ* (600)

242 *Didyma* ſ. *Dicocca* capſula , duobus nodis extus gibba. *Didyma* anthera , duobus globulis diſtinctis , latere connatis. *Mercuriales.*

243 *Diſformia* folia , ſi in eadem planta variant figura. *Ranuncul.* ▽. *Rudbeck lacin.*

244 *Diſformis* corolla , irregularis (430)

245 *Diffuſa* panicula (543) cum laxe divaricantur pedicelli (561) angulis rectis ſ. obtuſis (12. in not.)

246 *Diffuſus* caulis , ramis abſque ordine patentibus.

247 *Digitatum* folium , cum petiolus ſimplex , ſeu indiviſus , adnectit foliola (323) plura.

248 *Dimidiata* ſpatha (756) latere tantum interiore fructificationem (331) obveſtiens.

249 *Dimidiatum* capitulum (118) ab altero latere rotundum , ab altero planum.

250 *Dimidiatum* involucellum (425) extrorſum ſitum , eſtque patens vel dependens. *Æthuſa.*

251 *Dioica* planta , quæ flores maſculos (476) & femineos (300) in diſtincto individuo profert. *Dioecia.*

252 *Diphyllus* pedunculus , foliolis duobus oppoſitis inſtructus.

253 *Diphyllum* perianthium (486)

254 *Dipetala* corolla (485)

255 *Directio* , fol. (236) eſt expanſio , quam folia a baſi ad apicem adquirunt (288 , 791 , 49 , 385 , 558 , 410 , 662 , 514 , 682 , 667 , 688 , 233 , &c.

256 *Discus* floris, in composito radiato, (638) pars media, ex corollulis (194) minoribus regularibus (672) constat.

257 *Discus* folii s. pagina (534) dicitur folii superficies, (811) superior, plerumque cœlum spectans.

258 *Dissectum* folium, laciniatum (438) incisum (398)

259 *Dissepimentum*, paries quo fructus (119, 573, 729) interne distinguitur in concamerationes (463) plures.

Parallelum (887 *contrarium* (886)

260 *Distans* verticillus (897) pedunculis remotis.

261 *Disticha* folia, duo latera rami tantum respicientia, licet undique inserta.

262 *Disticha* spica (759) floribus ad utrumque latus spectantibus, unde tetrasticha, hexasticha a numero ordinum.

263 *Distichus* caulis, ramos situ horizontali, nec decussatim (224) sitos, exserit.

264 *Distinctæ* antheræ (41) inter se non cohærentes.

265 *Divaricata* panicula (543) cum stricte divaricantur pedicelli ad angulum obtusum s. rectum. (12. in not.)

266 *Divaricati* rami, a trunco ad angulum obtusum discedentes.

267 *Divergens* somnus, (752) si foliola basi approximantur, apicibus vero patent.

268 *Divergentes* rami, a trunco ad angulum rectum discedentes.

269 *Dodrans*, *dodrantalis* (mensura) est spatium inter apicem pollicis & indicis extensum. *Unciæ septem.*

270 *Dolabriforme* folium, compreſſum (166) ſubrotundum (805) extrorſum gibbum (353) acie acuta, inferne teretiuſcula.

271 *Dorſalis* ariſta (54) lateri exteriori glumæ (364) adfixa.

272 *Drupa*, pericarpium (573) farctum eval. ve, continens nucem (511) eſtque *Sicca* (727) vel *Succulenta* (808)

273 *Duplicato crenatum* fol. (200)

274 *Duplicato pinnatum* fol. (92)

275 *Duplicato ſerratum* fol. (720)

276 *Duplicato ternatum* fol. (93)

277 *Duratio* foliorum, reſpicit tempus a frondeſcentia (328) uſque ad caſum eorum (214 , 109 , 577 , 569 , 718)

E

278 *Ebracteatus* pedunculus. Bracteis (99) deſtitutus.

279 *Echinatum* pericarpium, 573) cum aculeis (11) ſeu ſpinis (761) undique adſperſum. *Datura Stramon.*

280 *Efflorescentia* eſt tempus menſis, quo ſingulæ ſpecies plantarum primos Flores oſtendunt.

281 *Ellipticum* folium, lanceolatum (447) latitudine ovati (533) folii.

282 *Emarginatum* folium, quod terminatur crena. Unde *acute*, *obtuſe* emarginatum.

283 *Enerve* folium, nervis deſtitutum. Nervoſo (497) oppoſitum.

284 *Enodis* culmus, qui continuus eſt, nec articulis (65 interceptus.

285 *Enſiforme* folium, anceps (31) a baſi ad apicem ſenſim attenuatum.

286 *Equitantia* folia. Vernatio. Marginibus conniventia (182) ſitu oppoſito, ut alterum includat alterum. *Acorus*, *Carex*, *Iris*.

287 *Erecta* anthera (41) quæ baſi adfigitur filamento (303)

288 *Erectum* folium, ſ. caulis fere ad perpendiculum conſtitutus.

289 *Erectus* culmus, ſitu ſuperpendiculari, articulis infimis ſæpe obliquis.

290 *Eroſum* folium, ſinuatum (744) ſinubus minimis obtuſis laciniiſque inæqualibus inſtructum.

291 *Extrafoliacei* pedunculi, ſ. ſtipulæ (781) infra folium collocatæ.

F

292 *Farctum* folium, medulla farctum, non tubuloſum (856)

293 *Faſcicularis* radix, e partibus carnoſis baſi ſeſſili connexis.

294 *Faſciculata* Folia, plura ex eodem puncto prodeuntia. *P. Larix*.

295 *Faſciculus*, capitulum (118) colligens flores erectos parallelos faſtigiato - approximatos. *Dianth. barb.*

296 *Faſtigiati* flores, faſciculus (295) floribus omnibus æqualis altitudinis.

297 *Faſtigiatus* caulis, ramis omnibus æquali altitudine.

298 *Faux* corollæ, hiatus inter lacinias (437)

Corollæ

Corollæ Ringentis, (693) ubi tubus (857) terminatur.

299 *Femina* Planta (600) quæ flores tantum femineos (300) profert.

300. *Femineus* Flos, qui Piſtillum (598) abſque ſtaminibus (771) habet.

301 *Feminina* Genitalia (350) ſunt Stigmata (775) germinibus (351) ubique adnexa.

302 *Fibroſa* Radix, tota conſtans filamentis ſimplicibus vel Ramoſis.

303 *Filamentum*, pars floris (316) elevans adnectenſque antheram. (41)

304 *Filiforme* Folium, longiſſimum latitudine & craſſitie æquali.

305 *Filiformis* pedunculus, æquabili ubique craſſitie.

306 *Fiſſum* Folium, diviſum ſinubus (745) linearibus, marginibus rectis. *bi-tri. quinque multifidum* (83)

307 *Fiſtuloſus* Caulis, interne tubuloſus non farctus (292)

308 *Flaccidus* Pedunculus, debilis, ut a proprio floris pondere dependeat.

309 *Flexuoſus* Caulis, a Gemma (344) ad Gemmam horſum vorſum actus.

310 *Flexuoſus* Pedunculus, a flore ad florem flexus. *Aira flexuoſa.*

311 *Florale* Folium flori proximum : differt numero & figura.

312 *Floralis* Gemma (344) flores non folia continens.

313 *Floreſcentia* eſt Generatio, ſiſtens Plantarum ſponſalia in flore, & Nuptias in Antheſi (43)

314 *Floris* Perianthium ſ. Calyx, Stamina continet abſque Germine.

315 *Floris* Receptaculum, baſis, ubi floris partes abſque Germine adfiguntur.

316 *Flos*, Conſtat Calyce, Corolla (193) Stamine (771) & piſtillo (593) antecedit omnem fructum, ut Generatio Partum.

317 *Folia* Organa motus Plantæ (600) conſiderantur ſecundum a) Simplicitatem. (734) b) Compoſitionem, (160) c) Determinationem, (236) & Durationem (277)

318 *Foliacea* Spica (759) foliis interſtincta.

319 *Foliaris* Cirrhus, (142) folio inſidens.

320 *Foliaris* Gemma (344) Folia continens, non flores.

321 *Foliatio*, Vernatio. (891)

322 *Foliatus* Caulis, foliis inſtructus.

323 *Foliolum*, partiale eſt Folii compoſiti. (160)

324 *Folioſum* Capitulum, (118) foliis intermixtis floribus.

325 *Folium* (325) expandens per aæra ſuperficiem: attrahit præparatque humores, volatile a caſu nunquam renaſciturum.

326 *Folliculus*, (169) Pericarpium, (273) membranaceum univalve, altero latere longitudinaliter dehiſcens, proprio Receptaculo (nec futuræ) ſemina adfigens. *Aſclepias.*

327 *Fornicata* Corolla dicitur ſi labium ſuperius Ringentis (693) fornicis in modum arcuatum. *Galeopſis Lamium.*

328 *Frondeſcentia*, eſt Tempus æſtatis, quo ſpecies ſingulæ plantarum prima folia explicant.

329 *Frons*, ex Stipite (777) in folium transeunte facta, fructificationes in aversa folii parte, gerens. *Filices.*

330 *Fructescentia*, comprehendit tempus, quo Semina matura dispergunt Plantæ.

331. *Fructificatio*, Vegetabilium pars temporaria, generationi dicata, estque simplex (735) vel composita (157)

332 *Fructificationis* partes, septem numerantur 1) calyx (113) s. Perianth. 2) corolla (193) 3) Stamen (771) 4) Pistillum, (598) 5) Pericarpium (573) 6) Semen (712) & 7) Receptaculum (661)

333 *Fructificationis* calyx s. Perianth. Germen (351) Staminaque includens.

334 *Fructificationis* Receptaculum, (661) pro flore & fructu commune.

335 *Fructus* Perianthium, (572) s. calyx, Germen absque Staminibus (771) continens.

336 *Frutex*, caudex perennis supra terram adscendens absque Gemmis (344)

337 *Fruticosus* (336) caulis perennis, cum caudicibus pluribus.

338 *Fulcra*, adminicula Plantæ (600) pro commodiore sustentatione, Septem numerantur species: 1) Stipulæ (781) 2) Bractea (993) Pubes (628) 4) Glandula (356) 5) Spina (761) 6) Aculeus (11) 7) Cirrhus (142)

339 *Fulcrati* Rami fulcris instructi.

340 *Furcatæ* Setæ (726) Ramosæ s. subdivisæ quasi in ramulos. *Leontodon hispid. Arabis thal.*

341 *Furcæ* aculei (11) ramosi s. triplices. *Berberis*, *Ribes*, *uvacr.*

342 *Fusiformis* Radix, (648) Simpliciuscula, oblonga, crassa, versus basin sensim attenuata. *Daucus.*

G

343 *Galea* corollæ ringentis (693) labium ſuperius.

344 *Gemma*, Hybernaculum (387) Plantæ, (600) ex rudimentis foliorum futurorum.

345 *Gemmatio*, eſt Gemmæ (344) conſtructio, ex Foliis, Stipulis (781) petiolis. (585) aut ſquamis.

346 *Gemmina* Folia, Trina, quaterna, &c. duo, tria, quaterna, &c. ex eodem puncto prodeuntia.

347 *Geniculata* Ariſta (54) articulatione inſtructa. *Agroſt. canina.*

348 *Geniculatus* Culmus, geniculis (349) interceptus.

349 *Genicula* Nodi, in culmo (205) Articulis (65) interjecti.

350 *Genitalia* Plantarum, Organa ſexualia, Stamina (771) & piſtilla (598, 301, 475)

351 *Germen* Rudimentum Fructus immaturi in flore: eſtque inferum (407) vel ſuperum (812)

352 *Germinatio* eſt Tempus quo Semina Terræ mandata, eadem excludunt, in cotyledonum (199) proventum.

353 *Gibbum* Folium, utraque ſuperficie (811) convexa, (185) mediante copioſiori pulpa.

354 *Glaber* Caulis ſuperficie lævi & lubrica.

355 *Glabrum* Folium Diſco (257) lævi & lubrico, abſque omni inegalitate.

356 *Glandula*, Papilla humorem excernens eſtque ſeſſilis vel ſtipitata.

357 *Glandulatio* Vaſa ſecretoria offert, Glandulæ (356) & Utriculi. (879)

358 *Glanduloſum* Folium, quod Glandulas

(356) insidentes gerit, vel in dorso, vel in serraturis. *Salix.*

359 *Globosa* corolla, Sphærica, Globum referens, Vaccin. *Myrtillus* R. *Convalar.*

360 *Globosa* Radix, subrotunda, carnosa, radiculislateralibus. *Bunium.*

361 *Globosum* Capitulum (118) ab omni parte rotundatum. *Echinops.*

362 *Glochides*, mucrones apice retrorsum multidentati.

363 *Glomerata* Spica (759) Spicillis (760) varie congesta.

364 *Gluma*, calyx (113) graminis, valvis amplexantibus.

365 *Glutinositas*, est qualitas humoris lubrici.

366 *Glutinosum* Folium, humore lubrico (365) illitum.

367 *Gradus* foliorum, in compositis (160) considerant subdivisionem Petioli communis (154) in Compositis (160) Decompositis (818) & Supradecompositis (814)

368 *Graminea* Folia, linearia (458) sensim versus apicem angustata. Constant folio, vagina (880) & ligula (453)

369 *Granulata* Radix, particulis sphæricis carnosis adsperſa. *Saxifraga.*

370 *Gymnosperma* Planta, Semina nuda, nec Pericarpio (573) tecta. Gymno mono-di-tri-tetrasperma. *Didynamia Gymnosp.*

H

371 *Habitationes* Plantarum, ex loco ubi sponte prognascuntur, respiciunt solum s. Telluris natur.

372 *Habitus*, est conformitas vegetabilium, affinium & congenerum, in Placentatione Foliatione &c.

373 *Hami*, mucrones acuminati, curvati, quibus quaſdam Plantarum partes adhærent animalibus prætereuntibus. *Arctium.*

374 *Haſtatum* Folium, Sagittatum (700) angulis poſticis acutis ſinu diviſis, ad latera prominentibus, patulis. *Rumex acetoſella.*

375 *Herba* eſt, cujus caulis ſingulis annis perit: eſtque a) annua, b) bima ſ. biennis ſeu c) ſemper virens, Conſtat Hybernaculo (387) Trunco, (850) Folio, (325) & Fulcro. (338)

376 *Herbarium*, collectio Plantarum intra chartas ſiccatarum aſſervatarumque, omni Botanico neceſſarium.

377 *Herbaceus* Caulis, etiamnum annuus, non lignoſus.

378 *Hermaphrodita* Planta, quæ flores tantum hermaphroditos (381) gerit.

379 *Hermaphrodita* (*polygamiæ*) flos, quorum antheræ non dehiſcunt, ſed decidunt, & Piſtillum mox in fructum, ab antheris alterius floris (380) fœcundatum, excreſcit. A parte maſculina ſterilis dicitur. *Acer.*

380 *Hermaphroditus* (Polygamiæ) Flos, quorum antheræ pollen pluunt, Piſtilla vero ob labem Stigmatis non accreſcunt, ſed decidunt, a parte feminea ſterilis dicitur. *Acer.*

381 *Hermaphroditus* Flos, Piſtillo (598) Stigmate (775) & Antheris (41) inſtructus.

382 *Heteromalla* Panicula, Secunda. (710)

383 *Hilum*, cicatrix externa Seminis, ab ejuſdem adfixione in fructu.

384 *Hiſpidum* Folium ſetis rigidis adſperſum.

385 *Horizontale* Folium, quod ad Angulum rectum (12, in not.) a caule diſcedit.

386 *Horizontalis* Radix, quæ ſub terra tranſverſius extenditur. *Iris.*

387 *Hibernaculum*, compendium Herbæ (375) totius, ſquamoſum. Eſtque Bulbus (106) vel Gemma. (344)

388 *Hybrida* Planta. Polygama. (610.)

389 *Hypocrateriformis* corolla Limbus (456) planus tubo (857) impositus.

I

390 *Imbricans* Somnus, (752) foliolis imbricatim (391) complicatis

391 *Imbricata* Folia, quando parallele superficie recta sibi invicem incumbunt, & se quo ad partem tegunt. *Vernatio* (872) imbricata. *Syringa Ligustrum.* Daphne.

392 *Imbricatum* Perianthium (572) squamis variis imbricatim (391) superimpositis. *Hieracium.*

393 *Imbricatus* Caulis, squamis tectus ut superficies non appareat.

394 *Inanis* Caulis, interne medulla Spongiosus.

395 *Inæqualia* Filamenta, (303) aliquot majoribus vel minoribus. *Daphne Didynam.*

396 *Inæqualis* Corolla, ubi partes non magnitudine, sed proportione respondent, ut Regularis flos evadat Butomus.

397 *Incana* Folia, Tomentosa, (827) colore glauco, s. fere argenteo.

398 *Incisum* Folium, laciniatum. (438)

399 *Includens* Somnus, (752) cum folia alterna (27) noctu se cauli approximant.

400 *Incrassatus* Pedunculus, apice semsim majorem molem adquirens.

401 *Incumbens* Anthera. s. Versatilis, quæ lateræ filamento (303) adfigitur.

402 *Incurvati* Rami, introrsum nutantes.

403 *Incurvum* Folium (410)

404 *Incurvus* Aculeus, (11) introrsum flexus.

405 *Indivisum* Folium, integrum (416) Sinubus (745) destitutum.

406 *Inerme* Folium, Spinis (761) aculeis (11) & Stimulis (776) destitutum.

407 *Inferum* Germen (351) infra corollam positum.

408 *Inferus* Flos f. Calyx, cui Germen (351) supra Receptaculum, (661) f. cujus Pistillum abit in fructum. Tourn.

409. *Inflatum* Perianthium, instar Vesicæ cavum *Cucub. Behen.*

410 *Inflexum* Folium, f. incurvum, dum sursum arcuatur versus caulem.

411 *Inflorescentia*, est modus, quo Flores pedunculo Plantæ adnectuntur : 1) Verticillus (897) 2) Capitulum (118) 3 (Spica, (759) 4) Corymbus (198) 5) Thyrsus (826) 6) Racemus (635) 7) Panicula. (543)

412 *Infundibuliformis* Corolla, si limbus (456) conicus tubo (857) impositus.

413 *Insertio* Foliorum respicit modum, quo folia Plantæ adnectuntur. (584 567. 721. 13. 144. 30. 571. 178. 882.)

414 *Insertus* Petiolus, perpendiculariter ramo insidens.

415 *Integer* Caulis, simplicissimus (742) ramis angustatis.

416 *Integrum* Folium, indivisum (405) omnique sinu (745) destitutum.

417 *Integerrimum* Folium, margine continuo nec minimum secto.

418 *Interfoliacei* Pedunculi, inter Folia oppositа, sed alternatim collocati. *Asclepias.*

419 *Internodum* (65) quod inter artus vel Geniculа (349) medium intercedit. Estque convexum, concavum, vel planum

420 *Interrupta* Spica (759) Spicis minoribus alternis distantibus.

421 *Interrupte Pinnatum* Folium ; ſeu *Foliolis ruptis* , Pinnatum (593) foliolis alternis minoribus.

422 *Intorſio* v. Torſio. (830)

423 *Intrafoliaceæ* Stipulæ (781) ſupra folium ſ. petiolum collocatæ.

424 *Invertens* Somnus (752) foliolis demiſſis & ſimul inverſis.

425 *Involucellum* , eſt partiale involucrum (427) umbellulæ (863) ſubjectum. (260)

426 *Involucratus* verticillus (897) ſ. umbella (862)involucro (427) inſtructus.Oppoſitus.*Nudo*.

427 *Involucrum* , Calyx (113) umbellæ (862) a flore remotus. Eſte mono-di-tri-penta-polyphyllum , vel nullum.

428 *Involuta* Vernatio , (891) Folia , quorum margines laterales utrinque introrſum ſpiraliter involvuntur. *Pyrus* , *Malus* , *Populus*.

429 *Involvens* Somnus (752) quando foliola erecta apice connivent , & cavitatem inter ſe formant.

430 *Irregularis* Corolla. (Diſformis , Anomala.) Limbi (456) partibus , figura , magnitudine , & proportione diverſis. *Aconitum*.

431 *Iſthmis interceptum* Legumen (452) interne tranſverſum in varia loculamenta (463) diviſum.

L

432 *Labiata* Corolla , Ringens (693) bilabiata. Labium ſuper , & inferius.

433 *Labium* ſ. Barba (76) Corollæ , pro ringentis (693) labio inferiore ſæpe ſumitur.

434 *Lacera* Corolla , cujus limbus (456) tenuiſſime diſſectus eſt.

450 *Laxa* Panicula (543) Pedicelli debiles, libere & laxe ſine ordine Sparſi.

435 *Lacerum* Folium, margine varie diviſum. Segmentis diffórmibus.

436 *Laciniæ* Calycis ſ. Perianthii, numerantur præſertim in monophyllo. (486)

437 *Laciniæ* Corollæ, numerus in Monopetalæ (486) a medio limbi (456) in Polypetala (611) laminæ (443) deſumitur.

438 *Laciniatum* Folium, varie & indeterminate in partes ſectum.

439 *Lacteſcentia* eſt copia Liquoris, qui effluit læſa planta, eſtque alba (*Euphorbia*) lutea (*Chelidon.*) vel rubra. (*Rumex Sangu.*

440 *Lacunoſum* Folium, Diſco (257) depreſſo (235) inter venas interjectas. *Lich. pulmon.*

441 *Lævis* Caulis, folium, ſuperficie æquali.

442 *Lamellæ*, membranæ tranſverſæ fructificantes, Pileo (586) Fungorum ſubtus adnatæ.

443 *Lamina*, Corollæ Polypetalæ (611) pars ſuperior patula.

444 *Lana* Species Pubis, (628) Pili (591) curvi denſi ſervat plantarum ab æſtu nimio. *Stachis german.*

445 *Lanatum* Folium pilis incurvatis imbricatis, quaſi tela araneæ indutum. *Salvia.*

446 *Lanceolato* - ovatum Folium, Lanceolatum (447) ad ovatam (533) figuram ſubaccedens.

447 *Lanceolatum* Folium, oblongum (516) ab utraque Extremitate attenuatum.

448 *Laterales* Stipulæ, (781) lateribus Petioli ſeu foliorum inſerti.

449 *Laterifolii* Pedunculi ad latus baſeos folii inſerti. *Solanum.*

451 *Laxi* Rami, libere in arcum flexiles.

452 *Legumen*, Pericarpium (573) membranaceum bivalve adfigens semina secundum futuram alteram tantum, estque 1) uni 2) biloculare 3) vel isthmis interceptum. (431) 1) *Vicia pisum.* 2) *Astragalus.*

453 *Ligula*, membrana tenuis Oris foliorum, in graminibus, estque truncata, lanceolata, bisida fissa &c.

454 *Ligulata* Corolla, simplex, tubo brevi, limbo (456) plano extrorsum vero apice acuto; vel truncato tri s. quinquedentato.

455 *Ligulatus* Flos, compositus (162) Corollulis flosculorum omnibus planis imbricatis versus exterius latus expansis. (454)

456 *Limbus* Corollæ monopetalæ (485) pars superior dilatata.

457 *Linea* Linearis mensura, est Lunulæ longitudo, ab unguis radice versus unguem extensa. (non vero in Police.) *Linea una.*

458 *Lineare* Folium, æquali ubique latitudine, interdum utraque extremitate angustatur.

459 *Lineari*-lanceolatum Folium, Lineæ (457) ad lanceolatam (447) figuram accedens.

460 *Lineatum* Folium, nervis depressis excavatum. *Euphrasia.*

461 *Lingulatum* s. *Linguiforme* Folium, lineare (458) Carnosum (122) subtus convexum. (581)

462 *Lobatum* Folium, usque ad medium in partes stistantes divisum, unde biloba-triloba- &c. a numero Loborum.

463 *Loculamentum* Capsulæ (119) Concameratio lava, pro seminum loco.

464 *Loculare* (88) Pericarpium, uni-bi-tri-

quadri-quinque &c. loculare, a numero loculamentorum.

465 *Locus*, in Determinatione (236) Folii, respicit partem plantæ, qua folia adnectuntur. (715. 640 129. 73. 311)

466 *Longus* Petiolus, longitudinem folii superans.

467 *Longissimus* Petiolus aliquoties folii longitudinem superans.

468 *Lucidum* Folium, quasi illuminatum.

469 *Lunatum*, *Lunulatum* Folium, subrotundum (805) basi sinu excavatum, angulis posticis acutis.

470 *Lyratum* Folium, transversum divisum in lacinias (438) quarum inferiores minores remotioresve, terminalis maxima.

M

471 *Maculatum* Folium, Colorati (148) Species. Albo maculata, (*Trifol. repens*) nigro-maculata, (*Arum Orchides*) rubro-maculatæ. (*Ranunc. acris.*)

472 *Marcescens* Corolla, contabescens, nec decidens. *Campanula Orchis.*

473 *Margo*, est extrema ora folii ad latera, intacto disco Folii. (763. 720. 677. 232. 200. 123. 135. 290. 535. 316)

474 *Mas* Planta, quæ flores tantum masculos (476) profert.

475 *Masculina* Genitalia (350) sunt Antheræ (41) Polline (607) repletæ.

476 *Masculus* Flos, Si stamina (771) sine stigmatibus (775) continet.

477 *Mediocris* Petiolus, longitudine folii.

478 *Membranaceum*, Folium quod inter utramque superficiem nulla evidenti pulpa scatet.

479 *Membranatus* Caulis, Complanatus more folii.

480 *Mensura*, qua in dimensione partium Plantæ utimur: Capillus (117) Linea (457) Unguis Pollex (603) Palmus, (541) Dodrans (269) Spithama (767) Pes (579) Cubitus (203) Brachium (98) Orgya. (528)

481 *Monoclinia*, Flores omnes Hermaphroditi (381) f. Stamina (771) cum Pistillis (598) in eodem flore. Comprehendit Classes Plantarum a Monandria usque ad Polyadelphiam, inclusive.

482 *Monocotyledones*, unico Cotyledone (715) germinantes. Fruges. f. *Palmæ Gramina. Lilia.*

483 *Monogymia*, *Digynia*, *Trigynia*, &c. id est Pistillo unico, duobus, tribus, &c. instructi flores. Numerus desumitur a basi Styli (796) si Stylus autem deficiat, (*Myriophyllum*) a numero Stigmatum calculus fit.

484 *Monoica* Planta, (*Androgyna*) quæ flores masculos (476) & femineos (300) distinctos in eadem planta gerit. *Monoecia.*

485 *Monopetala* Corolla, f. Petalo unico constans Staminibus (771) Semper Petalo insertis, exceptis Bicornibus. (80)

486 *Monophyllus* Calyx f. Perianth. unico foliolo absolutum, quoties monopetala (485) Corolla est, unde di-tri-tetra-penta-hexaphyllus, &c. numero foliorum.

487 *Monosperma*, di-tri-tetra, penta-hexa poly-

ſperma capſula, a numero ſeminum quæ includit.

488 *Monoſtachius* Culmus, unicam Spicam gerens. *Lolium.*

489 *Mucronatum* Folium, terminatum mucrone exſtante.

490 *Multiflora* Gluma, (364) plures flores includens.

491 *Multivalvis* Gluma (364) pluribus quam duabus Squamis conſtans.

492 *Muniens* Somnus, (752) dum Folia (actea horizontaliter patentibus petiolis) circumcirca dependent, & quaſi fornicem formant.

493 *Muricatus* Caulis, punctis ſubulatis mollibus adſperſus.

494 *Mutica* Gluma, (364) Mucrone ſ. Ariſta deſtituta.

N

495 *Natans* Folium, ſuperficiei aquæ incumbens, ſ. innatans. *Potamogeton.*

496 *Nectarium*, Pars mellifera flori propria, eſtque proprium (625) vel Petalinum. (580)

497 *Nervoſum* Folium, venis ſimpliciſſimis eminentibus a baſi ad apicem extenſis.

498 *Neuter* Flos, qui neque Stamina (771) neque Stylum (796) vel Stigma habet. *Coreopſis Rudbeckia.* (Radius)

499 *Nidulantia* Semina, per pulpam abſque ordine ſparſa, in Baccis. (75)

500 *Nitidum* Folium, Glabritie lucente.

501 *Nodi . . Nodoſus* , (349)

502 *Nucleus* , Pars edulis Fructuum , in oſſea Capſula , Nuce (511) recondita.

503 *Nudum* Capitulum , (118) foliis & ſetis deſtitutum.

404 *Nudum* Folium , Setis & Pilis (591) deſtitutum.

505 *Nudum* Receptaculum , (661) ſuperficie nec villis nec paleis (536) tectum.

506 *Nudus* Caulis , Foliis deſtitutus. *Cuſcuta.* Oppoſitus Foliato (322) & imbricato. (393)

507 *Nudus* Flos , caret Calyce , non Corolla.

508 *Nudus* Verticillus , (897) nec bracteis (99) nec involucro (427) inſtructus.

509 *Nutans* Caulis , apice extrorſum reflexus.

510 *Nutans* Flos , non proprio Pondere , ſed peculiari ſtructura Pedunculi , extrorſum reflexus , *Carduus Nutans.*

511 *Nux* , ſemen tectum epidermate oſſea ; uni ſ. bilocularis. Nucleum (502) condens.

O

512 *Obcordatum* , Obverſe cordatum. (521)(192)

513 *Obliqua Calyptra* , (112) ad aliquod Latus flexa.

514 *Obliquum* Folium , baſi cœlum , apice horizontem ſpectans.

515 *Obliquus* Caulis , a perpendiculari aut horizontali Linea diſcedens.

516 *Oblongum* Folium , Diametro (*) longitudinali aliquoties ſuperante tranſverſalem.

(*) Linea , quæ ab uno extremitatis puncto ad aliud in circuli ambitu , per centrum vadit , *Diametrus* dicitur. *Geo.*

517 *Obovatum* Folium, obverſe Ovatum, (533) (521)

518 *Obtuſe crenatum* Folium (200)

519 *Obtuſum* Folium, intra ſegmentum (*) circuli terminatum.

520 *Obtuſum* acumine, Obtuſum (519) nervo medio apice prominulo.

521 *Obverſa* Folia, quorum baſis anguſtior evadit regione Apicis. Unde *Obverſe Cordata* ſ. *Obcordata* (512) *Obverſe Ovata* ſ. *Obovata.* (517)

522 *Obvoluta* Foliatio, (891) cum margines alterni comprehendunt oppoſiti folii marginem rectum. *Lychnis. Saponaria. Scabioſa.*

523 *Operculum* (Muſcis) Membrana Antheræ (41) Orificium ſupra ciliis claudens, calyptra (112) tota aut ſemitecta. Varias aſſumit figuras obtuſum, conicum, ſubulatum, arcuatum, rectum & obliquum.

524 *Oppoſita* Folia, duo per paria decuſſatim e regione collocata.

525 *Oppoſite-pinnatum* Folium, Pinnatum (593) foliolis oppoſitis. (524)

526 *Oppoſiti-foliæ* Stipulæ, (781) in latere folii oppoſito collocatæ.

527 *Orbiculatum* Folium, Peripheria (**) circinata, (Diameter (516) longitudinalis æqualis tranſverſali.

(*) Si circulum & ejus chordas duco pars ejus arcu uno & chorda comprehenſa, ſub *Segmenti* nomine venit *Geom.*

(**) Linea illa in ſe rediens quæ circulum conſtituit, quoniam radio in orbem circa ſe eunte deſcribitur, *peripheria* appellari ſolet.

528 *Orgya*, *Orgyalis* Menſura, hexapoda ſ. humana altitudo, eſt Menſura inter manus expanſas. *Pedes Sex.*

529 *Ovale* Folium, ex orbiculato (527) oblongum, (516) utraque extremitate rotundata æquali.

530 *Ovato lanceolatum* Folium, Ovatum (533) ad oblongam (516) figuram accedens.

531 *Ovato - Oblongum* Folium, Ovatum (533) ad lanceolatam (447) figuram accedens.

532 *Ovato-rhombeum* Folium, ovatum (533) ſimulque rhomboideum. (694)

533 *Ovatum* Folium, cujus diameter longitudinalis ſuperat tranſverſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice anguſtiore.

P

534 *Pagina* dicitur folii ſuperficies (811) utraque, unde pagina ſuperior & inferior.

535 *Palatum* Corolla, Gibboſitas prominens in Fauce (298) corollæ. Antirrhinum.

536 *Paleæ*, Lamellæ Receptaculo (661) innatæ floſculos & tandem ſemina diſtinguens, in floribus Compoſitis (162) *Anthemis. Bidens. Hypochœris.*

537 *Paleaceum* Recept. Paleis (536) inſtructum.

538 *Paleaceus* Pappus, (548) membrana inæqualis tenuis apici ſeminis adfixa.

539 *Palmata* Radix, carnoſa, lobata. *Orchis.*

540 *Palmatum* Folium, diviſum ultra medium in Lobos ſubæquales baſi cohærentes.

541 *Palmus*, *Palmaris* Menſura Diameter quatuor digitorum tranverſorum parallelorum, demto Pollice. *Unciæ tres.*

542 *Panduræforme* Folium, Oblongum (516) inferne latius, lateribus coarctatum.

543 *Panicula*, Flores ſparſi (755) in pedunculis diverſe diviſis & ſubdiviſis. Eſtque æqualis, vel ſecunda. (710)

544 *Paniculatus* Caulis, ramis varie ſubdiviſis, floribus numeroſis. *Eriger* canadenſe.

545 *Papilionacea* Corolla, Irregularis (430) Petalo inferiore cymbiformi (Carina (120) ſuperiore adſcendente, (Vexillum (898) lateralibus ſolitariis (Alæ (23)

546 *Papilloſum* Folium, tectum punctis carnoſis.

547 *Pappoſum* Semen, Pappo tenuiſſimo inæquali inſtructum. Populus *Salyx*.

548 *Pappus*, Corona (195) ſeminis pennacea piloſave, volitans Eſtque ſimplex vel compoſitus.

549 *Papuloſum* Folium, quod tegitur punctis veſicularibus.

550 *Parabolicum* Folium, cujus diameter longitudinalis ſuperat tranſverſalem, verſus apicem ſenſim anguſtius rotundatum.

551 *Parallelum* Diſſepimentum. (887)

552 *Paraſiticus* Caulis, alteri plantæ nec terræ innatus. *Viſcum*.

553 *Partiale*, Involucrum, Involucellum. (425)

554 *Parallelepipeda* (*) Anthera (41) idem ac quandrangularis. *Polyctricum*.

555 *Partialis* Pedunculus, aliquot flores pedunculi communis (154) proferens.

(*) *Parallelepipedum* dicunt oriti, parallelogrammo ad perpendiculum, motu parallelo, demiſſo. *Geometr.*

556 *Partialis* Umbellulæ (862) Umbellula. (863)

557 *Partitum* Folium, ad basin fere divisum, unde bi-tri-multipartitum, (91) a numero partium.

558 *Patens* Folium; ad angulum acutum (12) in not.) cauli insidens.

559 *Patula* Panicula, (543) Pedunculis pedicellisque undique dispersis, floribus remotis. Oppositæ. Coarctatæ. (146)

560 *Pedatum* Folium, Petiolo bifido, latere tantum inferiore adnectente foliola plura. *Helleborus.*

561 *Pedicellus*, Pedunculus (564) partialis (555) seu proprius floribus in Pedunculo communi. (154)

562 *Pedunculares* Cirrhas, (142) pedunculo insidens.

563 *Pedunculatus* Verticillus, (897) pedunculis flores elevantibus.

564 *Pedunculus*, Fulcrum (338) sustinens Fructificationem (331) nec folia.

565 *Pedunculus* (Muscis) Seta (725) plerumque colorata, antheram (41) superne sustinens, basi tubernaculata (852) nuda (Bryum) vel perichætio (574) vestita. (Hypnum.)

566 *Pelta* (Lichenibus) Fructificatio plana s. revoluta, margini vel apici folii verticaliter adglutinata. *Lich. Canin. Aphtos. &c.*

567 *Peltatum* Folium, Petiolo Disco Folii non basi inserto.

568 *Pennatus* Surculus (815) in Muscis, quum Folia ad rachis utrinque latus annexa, alternata vel oppositæ sunt.

569 *Perenne* Folium, per aliquot annos virens.

570 *Perennis* Radix per plurimos annos reger-minans.

571 *Perfoliatum* Folium, basi transversim cingente, (nec antice dehiscente) (caulem *Bupleurum.*

572 *Perianthum* Calyx (113) Fructificationi contiguus.

573 *Pericarpium* Viscus Plantæ, gravidum seminibus, quæ matura demittit. Capsula, (119) Siliqua (729) Legumen, (452) Folliculus (326) Drupa (272) Pomum (614) Bacca (72) Strobilus. (795)

574 *Perichætium* (Muscis) congregatio foliorum anguſtorum, tuberculum (852) setarum (726) cingentium.

575 *Perpendicularis* Radix quæ recta descendit.

576 *Persistens* Corolla, Perianth. ad maturitatem Fructus. *Nymphæa.*

577 *Persistens* Folium, peracta æstate non casurum.

578 *Personata* Corolla, Ringens (693) sed inter labia (433) Palato (535) clausa.

579 *Pes, Pedalis* Mensura, mensuratur a flexura cubili, ad basin Pollicis. *Unciæ duodecim.*

580 *Petalinum* Nectarium (496) Petalis insertum. Porus (*Ranunculus*) Rima, *Hydrophyllum.*

581 *Petalum* Corollæ, Pars corollæ in plures divisæ.

582 *Petiolaris* Cirrhus (142) petiolo insertus.

583 *Petiolaris* Gemma, (344) e foliorum rudimentis confecta.

584 *Petiolatum* Folium, petiolo ad basin inserto. Sessili (721) oppositum.

585 *Petiolus* Fulcrum (338) sustinens Folium, nec Fructificationem.

586 *Pileus* (Fungi) Orbiculus horizontaliter expansus subtus fructificationes in lamellis (442) gerens.

587 *Piliferum* Folium; apice in pilum desinens *Bryum.*

588 *Pilosum* Folium, quum Pili distincti elongati tegunt superficiem.

589 *Pilosum* Receptaculum, pilis erectis tectum.

590 *Pilosus* Caulis, Pilis distinctis elongatis tectus.

591 *Pilus*, Ductus excretorius Plantæ setaceus Species Pubis. (628)

592 *Pinnatifidum* Folium, transversim divisum in lacinias horizontales oblongas.

Bipinnatifidum quum bis laciniis lateralibus divisum.

593 *Pinnatum* Folium petiolo simplici lateralibus adnectente Foliola plura *Abrupte.* (3) *Alternatim* (28) *Articulate* (60) *Cirrhosum* (141) *Decursive* (223) *Duplicato* (274) *Interrupte* (421) *Opposite* (525) *Triplicato* (843) pinnatum.

594 *Pinnatum cum impari*, Folium, Pinnatum (593) foliolo unico (impari) terminatum.

595 *Pinnatum sine impari*, Folium (3)

596 *Pinnatus* Surculus (815) oppositos alternatosve admittit Ramos.

597 *Pinnæ* Vocantur Foliola conjugata. *Pinnæ pinnatæ* quando foliola conjugata profundis incisuris minores *Pinnulas* repræsentant.

598 *Piſtillum* Organum genitale femineum, conſtat germine (351) Stylo (796) & Stigmate, (775

599 *Placentatio*, eſt Cotyledonum (199) Diſpoſitio ſub ipſa ſeminis Germinatione. *Mono-* (482) *Di-* (241) *Acotyledones* (8

600 *Plantæ* dicuntur Dicotyledones (241) Herbæ (375) & Arbores.

601 *Planum* Folium, ſuperficie ubique æquali.

602 *Plicata* Vernatio, (891) in plicas varias coarctata longitudinaliter. *Betula* Cratægus &c.

603 *Plicatum* Folium, Diſco (257) plicis acutis alternatim flexo, angulis dependentibus, & adſcendentibus *Alchemilla.*

604 *Plumoſæ* Setæ (726) villoſæ, compoſitæ.

605 *Plumoſus* Pappus (548) pilis pennatis conſtans.

606 *Plumula*, Pars corculi (188) ſquamoſa adſcendens.

607 *Pollen* Pulvis Floris anthera (41) incluſus, humore rumpendus, atomoſque elaſticos ejaculans. (Genitura Plantarum.)

608 *Pollex*, Pollicaris menſura, eſt longitudo aut Diameter extimi Articuli Pollicis. *Uncia una.*

609 *Polyanthos* Caulis, qui plures quam unum ſuſtinet florem.

610 *Polygama* Planta, (Hybrida) quæ flores hermaphroditos neceſſario, dein alios flores alterius ſexus femineos vel maſculos, in eadem ſpecie profert.

611 *Polypetala* Corolla, petalis pluribus Numerus ab ordinibus Inſertionum determinatur. *Anemone Hepatica.*

612 *Polyphyllum* Perianthium, Foliolis pluribus conſtans.

613 *Polyſtachius* Culmus, plures quam unam Spicam gerens.

614 *Pomum* Pericarpium (573) farctum evalve, capſulam (119) continens.

615 *Præmorſa* Radix, deorſum truncata, Radiculas (645) laterales emittens. *Sc. Succiſa. Plantago.*

616 *Præmorſum* Folium, obtuſiſſimum, terminatum inciſuris inæqualibus.

617 *Priſmaticum* (*) Pericarpium, lineare polyëdrum, lateribus planis.

618 *Procumbens* Caulis, debilis horizontaliter terræ innitens.

619 *Prolifera* Umbella, (862)

620 *Prolifer* Flos, cum ex uno Flore alius enaſcitur. *Scabioſa. Geum rivale Bellis hortens.*

621 *Prolifer* Caulis ex apricis centro emittens tantum ramos Pinus.

622 *Propagines*, Muſcorum ſemina nuda ſ. Tunica cotyledonibuſque deſtituta.

623 *Proprium* Involucrum cuilibet Flori ſubjectum.

624 *Proprium* Perianthium, quemlibet florem reſpiciens.

625 *Proprium* Nectarium, a petalis & ceteris partibus diſtinctum. *Aconitum.*

626 *Proprium* Receptaculum, quod partes unius tantum Fructificationis reſpicit.

627 *Proſtratus* Caulis, baſi decumbente erectus.

(*) *Priſma* effici, ajunt, cum figura rectilinea ad rectam deſcendat, motu parallelo. *Geometr.*

628 *Pubes*, Hirſuties omnis in Planta, Pili (591) Lana (444) Barba (77) Tomentum (328) Strigæ (793) Setæ (726) Hami (373) Glandulæ (356) Viſcoſitas (905) Glutinoſitas. (365)

629 *Pubeſcens* Folium, Caulis, tectum pilis (591) raris brevibus ſibi incumbentibus.

630 *Pulpoſum* Folium, materia tenaci farctum.

631 *Punctatum* Folium, punctis excavatis. adſperſum.

632 *Pungens* Folium, Aculeis (11) ſ. Spinis (761) Armatum.

Q

633. *Quinatum* Folium. Digitatum (247) foliolis quinis.

634. *Quinquangulare* Folium, angulis quinis prominentibus. Spec. Angulati. (34)

R

635. *Racemus* Pedunculo communi, pedicelliſque lateralibus, inſtructo. *Ribes.*

636. *Rachis*, Receptaculum filiforme floſculos longitudinaliter adnectens, in ſpicam (759)

637. *Rachis* ſ. *Coſta*, Productio petioli ſ. Nervus inter medius, foliorum medium longitudinaliter percurrens.

638. *Radiatus* Flos. Corollulis Diſci (256) Tubulatis (854) Ambitus (527) vero Ligulatis (454) difformibus, compoſitus. (162)

639. *Radiata* Umbella (862) petalis florum marginalium, reliquis majoribus *Tordyl. Caucalis.*

640. *Radicale* Folium, quod ex radice immediate exit.

641. *Radicans* Caulis, aliis se adfigens Radiculis lateralibus. *Hedera Cuscuta.*

642. *Radicans* Folium, si radices agat. unde.

643. *Radicata* Folia, quæ radiculas demittunt ex subſtantia ipſius folii.

644. *Radicatio* eſt Radicis diſpoſitio Caudice adſcendente (127) Deſcendente (648) & Radiculis (645)

645. *Radicula*, Pars Radicis (648) fibroſa.

646. *Radius*, Floris compoſiti (638) ambitus ex Corollulis ligulatis (454)

647. *Radii* (*) Dicuntur etiam pedunculi Umbellæ (862) & ſetæ rigidiores Pappi. (548)

648. *Radix* Organum nutriens plantam (600) Conſtat Caudice deſcendente & Radiculis (645)

649. *Rameum* Folium, quod Ramo (non Cauli) inſidet.

650. *Rami* Partes caulis. Situs notetur.

651. *Ramificatio*, manifeſtatur in ſitu Ramorum, quem folia ſequuntur. (147. 268. 266. 263. 896. 225. 669. 683. &c.)

652. *Ramoſa* Radix, in fibras (645) ſubdiviſa.

653. *Ramoſa* Spica (759) varie in Spicas partiales diviſa.

654. *Ramoſa* Spina (761) diviſa apice partita.

655. *Ramoſæ* Setæ, (726) ſ. *Furcatæ* ſubdiviſæ quaſi in Ramulos. *Leotodon. Hiſpid. Arabis thaliana.*

656 *Ramoſum* Folium, pedatum. (650)

657 *Ramoſus* aculeus, (11) *Furcæ* (341)

658 *Ramoſus* Caulis, Ramis lateralibus pluribus inſtructus.

(*) Lineæ pares, quæ ex medio puncto, quod *Centrum* dicunt, ad puncta peripheriæ ducuntur, *radii* appellantur. *Geometr.*

659 *Ramosus* Pappus, (548) Radiis (647 b.) subdivisis *Carlina.*

660 *Ramosissimus* Caulis, Ramis numerosis absque ordine cumulatis.

661 *Receptaculum*, Basis qua partes Fructificationis (331) connectuntur. Estque commune (152) vel proprium. (626)

662 *Reclinatum* folium, deorsum versus petiolum flexum, ut arcus sit basi inferior, apice adscendente.

663 *Reclinatus* caulis, arcuatim versus terram *Ficus.*

664 *Recta* arista, perpendiculariter exiens. *Agrestis. Spica venti.*

665 *Recta* calyptra, (112) undique æqualis.

666 *Rectus* aculeus, flexuris destitutus.

667 *Recurvatum* folium, deorsum, ut convexitas arcus superiora spectet.

668 *Recurvi* aculei, (11) extrorsum reflexi. *Rosa.*

669 *Reflexi* rami, (650) perpendiculariter dependentes.

670 *Reflexum* folium, deorsum curvatum, ut apex basi inferior evadat.

671 *Reflexum* perianthium, partibus retrorsum flexis.

672 *Regularis* corolla, æqualis, (17) figura, magnitudine & proportione partium.

673 *Remota* corolla, a calyce interjecto Germine, (351) *Sanguisorba*, *poterium.*

674 *Remota* folia, spatio e se invicem distantia.

675 *Remota* volva, (907) a capitulo (118) spatio recedens.

676 *Reniforme* folium, subrotundum, (805)

basi sinu excavatum, angulis posticis destitutum.

677 *Repandum* folium, cujus margo angulis, eisque interjectis sinubus circuli segmento inscriptis, terminatur.

678 *Repens* caulis, terræ incumbens, radiculasque agens.

679 *Repens* radix longe sub terra excurrens, hinc inde germinans, & radiculas demittens.

680 *Restantes* Pedunculi, post casum fructificationis.

681 *Resupinata* corolla, tubo contorto, ut labium superius terram, inferius cœlum spectet. *Viola. Scrophularia.*

682 *Resupinatum* folium, pagina (534) superiore inferiore, & inferiore superiore facta.

683 *Retroflexi* rami, horsum vorsum divaricati, (266)

684 *Retrofactus* pedunculus, vi quasi ad dependendum redactus.

685 *Retrorsum* sinuatum, fol. Runcinat. (699)

686 *Retusum* Folium, quod terminatur sinu obtuso.

687 *Revoluta* Vernatio, (891) lateribus versus Paginam inferiorem utrinque spiraliter contortis. *Primula Tussilago.*

688 *Revolutum* Folium, quod deorsum in Spiram revolvitur.

689 *Revolutus* Cirrhus, Spira dimidio itinere retorta. *Bryonia. Liguminosæ.*

690 *Rictus* Corollæ, hiatus inter duo Labia Corollæ Rintgentis. (693)

691 *Rigidus* Caulis, flexuræ impatiens.

692 *Rimosus* caulis, cortice exteriore fissuras sponte agens. *Acer.*

693 *Ringens* corolla, limbo (456) irregulari in duo labia hians. (343. 433.)

694 *Rhombeum* folium, figura rhombi. (*)

695 *Roſtellum.* Pars corculi (188) in ſemine, ſimplex deſcendens.

696 *Rotata* corolla, monopetalæ, limbus (456) planus, partitus, nullo tubo (857) impoſitus.

697 *Rotundum* folium, ſ. *Rotundatum*, angulis orbum.

698 *Rugoſum* folium, rugis confertum. *Salvia.*

699 *Runcinatum* folium, (685) pinnatifidum, (592) ita ut lobi antice convexi, portice tranſverſi ſint. *Leontod. Taraxæ.*

S

700 *Sagittatum* folium, triangulare (834) baſi ſinu excavatum, angulis poſticis acutis.

701 *Sarmentoſus* caulis, filiformis ſubnudus, geniculis radicantibus.

702 *Scaber* caulis, punctis eminentibus rigidiuſculis exaſperatus.

703 *Scandens* caulis, alta petens, aliiſque corporibus ſuſtinendus.

704 *Scapus* Pedunculus, Radicatus, caulis faciem induens. *Viola odorata.*

705 *Scapus* Trunci (850) Species, fructificationem ſuſtinens abſque foliis *Narciſſus.*

706 *Scarioſum* Folium, ſubſtantia ſicca arida, tactu ſonora.

(*) Cujus figuræ quadratæ latera æqualia quidem, non autem recti ſunt anguli, *Rhombus*; cujus neque recti anguli, neque omnia latera ſed oppoſita tantum, æqualia ſunt, *rhombiformis* dicitur. *Geometr.*

707 *Scariosum* Perianthium, imbricatum (392) squamis margine s. apice membrana auctis arida sonora. *Chrysantem.*

708 *Scutellum*, fructificatio orbiculata, concava; margine undique elevato. *Lichenes.*

709 *Sciphus*, in lichenibus pyxidatis, constat stipite basi attenuato, superne dilatato excavato, fructificationes sessiles, seu pedunculatas scutelliformes, proferens.

710 *Secunda* panicula, (382) pedunculis floribusque omnibus versus unum idemque latus flexis. *Festuca. Dactyl. glom.*

711 *Secunda* spica, floribus omnibus ad unum latus versis.

712 *Semen* vegetabilis pars decidua, novi rudimentum, pollinis (607) irrigatione vivificatum, vesica tunicatumque. Partes: hilum (383) colyledon (199) corculum. (188)

713 *Semiamplexicaule* folium, gradu minore differt a fol. amplexicauli (30)

714 *Semicylindricum* folium teres (817) sed altero latere longitudinaliter planum.

715 *Seminale* folium, quod antea cotyledon (199) fuit, & primum in planta est.

716 *Seminum* receptaculum, basis, qua semina intra pericarpium adfiguntur.

717 *Semiteres* caulis, hinc planus, inde teretiusculus.

718 *Sempervirens* folium, per omnia tempora anni virens.

719 *Sericeum* folium, tectum pilis appressis, molliss imis nitidis.

720 *Serratum* folium, margine inciso: omnibus incisuris extremitatem respicientibus. *Duplicato serratum* (275) incisuris iterum incisis.

721 *Seſſile* folium, immediate cauli vel Ramo, abſque petiolo inſidens.

722 *Seſſilis* pappus, (548) ſemine abſque ſtipite (779) adhærens.

723 *Seſſilis* umbellula, (863) plures pedunculos ſimplices ex eodem centro, ambitu æquali, prodeuntes.

724 *Seſſilis Verticillus*, (897) abſque pedicellis manifeſtis.

725 *Seta* dicitur pedunculus (565) in muſcis.

726 *Setæ*, pili rigidiuſculi teretiuſculi, ſpec. pubis (628)

727 *Sicca* drupa, (272) non ſucculenta. (808)

728. *Silicula*, Siliqua, (729) ſubrotunda, oblonga, obcordata ſtylo inſtructa. *Lepidium. Draba. Thlaſpi.*

729. *Siliqua*, Pericarpium (573) membranaceum bivalve, adfigens ſemina ſecundum utramque futuram: conſtat valvis (884) & Diſſepimento.

730. *Simplex* Aculeus, (11) non diviſus. (666) (404) (668).

731. *Simplex* Caulis, continua ſerie verſus apicem extenſus.

732. *Simplex* Cirrhus, indiviſus.

733. *Simplex* Flos, intra perianthium aut Corollam unicum receptaculum conſtituit.

734. *Simplex* Folium, cum petiolus gerit unicum Folium differt: 1) circumſcriptione (138) 2) Angulis (36) 3) Sinubus (745) 4) Apice (45) 5) Margine (473) 7) Superficie (811) 8) Subſtantia (806) 9) Duratione. (277).

735. *Simplex* Fructificatio, (331) paucis floribus conſtans.

736. *Simplex* Pappus, (548) radiis pluribus indiviſis in orbem poſitis. *Hieracium.*

737. *Simplex* Perianthium, compositum dum series unica squamarum ambit flosculos. T. *Farfara.*

738. *Simplex* Radix, quæ non subdividitur.

739. *Simplex* Seta (725) continuo extensa longitudinaliter.

740. *Simplex*, Spica, Rachi (637) indivisa.

741. *Simplex* Umbella, (862) pedunculis non ramosis omnibus ex uno eodemque Receptaculo ortis.

742. *Simplicissimus* Caulis, idem ac Integer. (415)

743. *Sinistrorsum*, hoc est: quod respicit sinistrum, si ponas te ipsum in centro constitutum, meridiem adspicere; *Dextrorsum* itaque contrarium. (908) (909)

744 *Sinnatum* Folium, a lateribus sinubus dilatatis.

745 *Sinus*, Discum Folii in partes secant (676) 192. 374. 700. 306. 540. 592. 470. 699. &c.

746 *Sius* Foliorum, Insertio. (413)

747 *Solidus* Bulbus (106) carnosus, intus indivisus. *Tulipa.*

748 *Solidus* Caulis interne fartus (292) non tubulosus. (856.)

749 *Solitariæ* Stipulæ, simplices, sparsæ.

750 *Solitarius* Pedunculus, qui unicus est in loco.

751 *Solutæ* Stipulatæ, Folia, basi productæ, crassitiem perdentes.

752 *Somnus*, nocturna Foliorum mutatio in Planta, Connivens, (182) Includens, (399) circumsepiens, (139) Muniens, (492) conduplicans, (170) Involvens, (429) Divergens, (267) Dependens, (234)

Invertens, imbricans. (390)

753 *Spadix*, Receptaculum (661) palmæ; enatum inrra Spatham, in ramulos fructificantes divisum.

754 *Sparsa* Folia, absque certo ordine constituta.

755 *Sparsi* Pedunculi, ubi plures absque ordine prognascuntur.

756 *Spatha* Calyx (113) membranaceus, longitudinaliter ruptus. *Narcissus.*

757 *Spatulatum* Folium, subrotundum (805) basi angustiore lineari. (458)

758 *Sphœrophyllum*, Fructificatio feminea sessilis vel pedunculata constans minutissimis foliis congregatis imbricato-patulis. *Mnium pellucid. Androgyn.* & *Fissum.*

759 *Spica* Floribus sessilibus alternis, pedunculo communi simplici (Rachi) adfixis.

760 *Spicula*, *Spicilla*, partialis spica, compositæ (158) locusta dicta.

761 *Spica*, Mucro durus, pungens, e ligno, (non ex cortice) protrusus. A cultura sæpe evanescens. *Pyrus. Prunus. Rhamnus.*

762 *Spinescens* Petiolus, indurescens & pungens.

763 *Spinosum* Folium, quod margine exit in acumina rigida subulata & pungentia. *Carduus. Ilex.*

764 *Spinosum* Perianthium, Squarrosum, (770) Squamis in mucrones pungentes terminatis. *Onopordon.*

765 *Spinosus* Caulis; Spinis (761) armatus.

766 *Spiralia* Vernatio. (136)

767 *Spithamæ*, Spithamalis, Mensura, Spatium inter Apicem Pollicis & indicis extensum. *Unciæ septem.* 768

768 *Squamosus* Bulbus (106) Lamellis s. squamis imbricatus. *Lilium.*

769 *Squamosus* Caulis, squamis adspersus.

770 *Squarrosum* Perianth. Imbricatum (392) squamis undique divaricatis patentissimis. *Onopordon Conyza.*

771 *Stamen*, Discus pro Pollinis (607) præparatione, (organum Genitale masculinum.) Constat 1) Filamento (303) Anthera (41) & Polline (607)

772 *Stella* s. Stellula, Fructificatio in Muscis: Surculi terminalis expansio pluribus foliis patentibus conflata cujus medio (in quibusdam) minuta folia compactissima, in aliis distinctiora corpora cylindrica (209) in not.) imbricata, insident. *Polytricum. Mnium.*

773 *Stellata* Folia, Verticillata. (895)

774 *Stellatæ* Setæ, (726) decussatim dispositæ.

775 *Stigma* (Summitas Pistilli (598) madida humore, pro Pollinis receptione. Numerus & Figura notetur.

776 *Stimuli*, Mucrones puncturas inflammatorias efficientes, unde puriginosæ evadunt Partes. *Urtica.*

777 *Stipes* Frondis (329) Trunci (840) Species in Folium transiens. *Filices.*

778 *Stipes* Fungi, Truncus s. pes fungi, estque farctus, vel fistulos. nudus vel annulatus. (37).

779 *Stipes* Pappi (548) Filum elevans connectensque Pappum & Semen. Unde.

780 *Stipitatus* Pappus Stipite (779) instructus, non sessilis. (722)

781 *Stipula* Foliorum s. squamula, basi petiolorum enascentium ubique adstans. Fulcri (351) Species.

782 *Stipulares* Glandulæ (356) Stipulis inſertæ.

883 *Stipularis* Gemma, (344) ex ſtipulis 781) confecta.

784 *Stipulatio*, Stipularum (781) ſitus & ſtructura ad Baſin foliorum.

785 *Stipulatus* Caulis, Stipulis (781) notatus.

786 *Stolones*, (786) nova plantarum ſoboles, e Radicibus fructificantes, per quas plantæ quoque multiplicantur. *Ajuga Viola od.*

787 *Stoloniferus* Caulis, Turiones (861) ad radicem emittens.

788 *Striatum* Folium, Lineis ſuperficialibus excavatis parallelis inſcriptum.

789 *Striatus* Caulis, Lineis tenuiſſimis excavatis longitudinalibus.

790 *Stricta* Panicula (543) pedunculis pedicelliſque rigidiuſculis oppoſit. Laxæ. (450)

791 *Strictum* Fol. omnino perpendicul. abſque flexura.

792 *Strictus* Caulis, rectus, perpendicularis, non flexuoſus.

793 *Strigæ* Pili rigidiuſculi planiuſculi.

794 *Strigoſum* Folium, aculeis lanceolatis rigidis in ſuperficie.

795 *Strobilus*, Pericarpium (573) imbricatum, ex Amento (29) coarctato factum, ſquamis induratis *Pinus.*

796 *Stylus*, Pars piſtilli (598) intermedia, elevans Stigma (775) a Germine (351 Situ, Diviſione, & figura differt.

797 *Subalare*, Folium Axillare (73)

798 *Subcordatum* Folium, ad hanc figuram; (192) fere accedens.

799 *Subdiviſus* Caulis, in ramos abſque ordine.

800 *Suberoſus* Caulis, cortice exteriore molliore, ſed elaſtico indutus.

801 *Submerſum* Folium, intra aquæ ſuperficiem abſconditum.

802 *Subovatum* Folium, ad ovatam figuram (533) ſubaccedens.

803 *Subramoſus* Caulis, ramis pauciſſimis lateralibus.

804 *Subrotundum* Capitulum. (118) fere globoſum.

805 *Subrotundum* Folium, cujus figura orbiculato (527) proxime accedit.

806 *Subſtantia* Folii, conſideratur ſecundum latera. (478. 706. 353. 235. 165. 155. 630. 122. 6. 270. &c.

807 *Subulatum* Folium ad baſin lineare (458) verſus apicem ſenſim attenuatum.

808 *Succulenta* Drupa (272) humorem continens. *Prunus.*

809 *Suffruticoſus* Caulis, baſi permanens, ramis quotannis marceſcens.

810 *Sulcatum* Folium, Diſco (257) lineis profundis excavatum.

811 *Superficies* Folii, Paginam (534) Supinam (ſuperiorem) vel pronam (inferiorem) tegit. communiter prima cœlum, ſecunda terram ſpectat. (504. 500. 355. 148. 497 840. 839. 845.)

812 *Superum* Germen, (351) corolla incluſum.

813 *Superus* Flos, calyx cui Germen ſub receptaculo ſ. cujus Calyx abit in Fruct. *Tourn.*

814 *Supradecompoſitum* Folium, cum Petiolus aliquoties (bis-ter) diviſus, adnectit Plurima Foliola. (818. 848. 841.)

815 *Surculus*, Caulis ſpecies in Muſcis, reptans, procumbens vel erigens; expanſione continue multiplicatur. (568. 596. 393.)

816 *Teres* Caulis, cylindricus (209 in not.) ſ. angulis deſtitutus.

817 *Teres* Folium, quod maxima ex parte cylindricum.

818 *Tergeminum* Folium, (842) Petiolus

bifidus utroque apice foliola duo ferens, & insuper foliola dico ad divaricat. petioli communis

829 *Terminalis* Arista. (54) apici glumæ adfixa.

820 *Terminalis* Pedunculus, f. Flos ad apicem caulis f. Rami positus.

821 *Terna* Folia (89)

822 *Ternatum* Folium, est Digitatum (247) foliolis tantum tribus. Estque foliolis sessilibus vel petiolatis.

823 *Tessellata* Folia, colorat. Species, (148) maculis quadrangularibus discoloribus picta.

824 *Tetragonus* Caulis, (827)

825 *Thalamus*, Receptaculum. (661)

826 *Thyrsus*, Panicula (543) coarctata in formam ovatam. *Syringa* T. *Petasites*.

827 *Tomentosum* Folium, villis intertextis (828) obductum.

828 *Tomentum*, Spec. Pubis, (628) villi intertexti vix conspicui.

829 *Torosa* Siliqua (729) *Toruloſum* Pericarpium. Prominentiis hinc inde Gibba.

830 *Torsio*, *Intorsio*, Contorsio (183) Flexio Partium Plantæ, versus alterum latus. (681. 682. 910. 908. 909. 186.

831 *Tortilis* Arista (54) funis instar flexa. *Avena*.

832 *Transversum* Dissepimentum. (886)

833 *Trapeziforme* Folium, Quadrangulare, lateribus inter se inæqualibus.

834 *Triangulare* Folium, angulis tribus prominentibus. Angulati Spec. (34)

835 *Triangularis* Caulis, *Quadrangularis* &c. a numero angulorum longitudin. prominentium.

836 *Tricocca* Capsula, (119) tribus nodis protuberans, intusque in tria Loculamenta (463) divisa *Euphorbia*.

837 *Trigonus* Caulis, pentagonus, tetragonus

hexagonus. Angulis tribus, quatuor, quinqu ſex, prominentibus. *Ancipitis* Spec. (31)

838 *Trilobum* Folium,) 462)

839 *Trinervatum* Folium, Nervoſum (497) tribus nervis, *pone Baſin* Folii concurrentibus.

840 *Trinerve* Folium, Nervoſum (497) tribus nervis *in Baſi* Folii concurrentibus.

841 *Tripinnatum* Folium, (843) cum Petiolus communis adfigit plura foliola bipinnata. (92)

842 *Triplicato-gemminatum*, (818)

843 *Triplicato - pinnatum.* (841)

844 *Triplicato - ternatum.* (848)

845 *Triplinerve* Folium, nervoſum (497) tribus nervis, *ſupra Baſin* concurrentibus.

846 *Triqueter* Culmus, later. tribus exacte planis.

847 *Triquetrum* Folium, Tribus lateribus longitudinaliter planis, in folio ſubulato. (807)

848 *Triternatum* Folium, (844) cum petiolus adfigit tria foliola biternata. (93)

849 *Truncatum* Fol. quod tranſverſali terminatur.

850 *Truncus*, Organum multiplicans Plantam, quatuor numerantur Species, 1) *Caulis* (132) 2) *Culmus* (205) 3) *Scapus* (705) 4) *Stipes.* (777) *Rami* partes ſunt Trunci.

851 *Tuberculum* (*Lichen.*) Fructificatio conſtans punctis ſcabris ex pulvere quaſi congeſtis.

852 *Tuberculum* (*Muſci*) baſis Pedunculi (565) Ovata, ſeu conica; nuda vel Perichætio (574) veſtita qua ſurculo (815) adfigitur.

853 *Tuberoſa* Radix, e partibus carnoſis filo quaſi connexis. *Filipendula. Poeonia.*

854 *Tubulata* Corolla, Monopetala (485) Tubo (857) Cylindrico, (209. in not.) Limbo Campanulato, 4. ſ. 5. fido.

855 *Tubuloſus* Flos, compoſitus, 162) Corol.

floſcul. omnibus tubulatis (854) ſubæqualibus.

856 *Tubuloſum* Folium , quod interne ſi detruncetur cavitatem habet.

857 *Tubus* Corollæ , Monopetalæ (485) pars inferior cylindracea.

858 *Tunicatus* Bulbus , (106) Tunicis numeroſis veſtitus. *Cepa.*

859 *Tunicatus* Caulis , membranis veſtitus.

860 *Turbinatum* Per. obverſe Conicum. (176)

861 *Turiones* , Tenellæ Plantarum ſoboles, verno tempore cum foliis e terra erumpentes. (786) *Aſparagus humulus.*

862 *Umbella* , Receptaculum ex eodem centro elongatum pedunculos filiformes proportionatos.

863 *Umbellula* eſt partialis Umbella. (556)

864 *Umbilicatum* Folium , Peltatum. (567)

865 *Umbo* , Diſcus (256)

866 *Undatum* , Diſco (257) plicis obtuſis alternatim flexo.

867 *Undulatum* Fol. Margine plicis altern. flexo.

868 *Unguis* Corollæ Polypetalæ (611) pars inferior anguſtata , qua Receptaculo adfigitur.

869 *Unguis* , Unguicularis Menſura , eſt longitudo Unguis. *Lineæ Sex.*

870 *Uniflora* Gluma (364) unicum Florem amplectens. *Agroſtis.*

871 *Uniflorus* Pedunculus , bi tri - multiflorus , pro numero florum quos profert.

872 *Unilateralis* Racemus, (635) Flores omnes ad alterum latus inſerti.

873 *Univalvis* Gluma (364) unica conſt. ſquama.

874 *Univalvis* Spatha (756) uno latere dehiſcens. *Leucoium.*

775 *Univerſale* Involucrum , (427) Umbellæ univerſali ſubjectum.

876 *Univerſalis* Umbella (862) quæ alias Umbellulas (887) Apicibus gignit.

777 *Urceolata* Corolla , quæ Urceoli ſ. Pelvis inſtar inflata , & undique gibba eſt.

878 *Urens* Caulis , Stimulis (776) adſperſus.

879 *Utriculi* , Vaſcula liquore ſecreto repleta.

880 *Vaginæ* Foliorum , vaginantis (882) Folii, Tubus cylindricus Culmum vel Caulem veſtiens.

881 *Vagina* (Muſcis) Membrana pervia tubuloſa , ſurculo inſidens , & tuberculum (852) Pedunculi (565) arcte veſtiens *Polytrichum.*

882 *Vaginans* Folium baſi formante tubum , culmum veſtientem. (880)

883 *Vaginatus* Culm. Fol. Vaginis (880)cinctus.

884 *Valvæ*, *valvulæ*,Par.quo tegit.fructusexterne.

885 *Valvis* dehiſcit Capſula, (119) unde-tri-quadri-quinque-ſex-valvis, a numero ſegmentorum.

886 *Valvis contrarium* , ſ. Tranſverſum Diſſepimentum , (259) anguſtius , ubi Valvulæ (884) coarctatæ evadunt concavæ. *Thlaſpi.*

887 *Valvis Parallelum* Diſſepimentum (259) latitudine & Diametro tranſverſali ad Valvulas (884) accedens. *Abyſſum. Turritis.*

888 *Venoſum* Folium, Vaſis diſcurrentibus. multifariam diviſis.

889 *Ventricoſa* Spica , 759 lateribus gibba.

890 *Ventricoſa* Cor. Per. in ventrem intumeſcens.

891 *Vernatio* , (321) Foliorum Diſpoſitio intra gemmam , (344) Conduplicata , (171) Convoluta , (186) Involuta , (428) Revoluta (687) Obvoluta , (522) Equitantia , (286) Imbricata , (391) Plicata , (602) Reclinata , (662) Circinalia. (136)

892 *Verſatilis* Anthera (41) incumbens. (892)

893 *Verſus* Florum , eſt eorum certam verſus Plagam quædam diſpoſitio.

894 *Verticale* Folium, paginam ſuperiorem meridiei (non cœlo) obvertens.

895 *Verticillata* Folia, ſ. Stellata plura quam duo folia caulem ambientia. (821.)

896 *Verticillati* Rami, plures truncum (850) ad genicula (362) circumdantes.

897 *Verticillus*, Floribus pluribus Caulem annulatim ambientibus. *Didynamia.*

898 *Vexillum*, Superius petalum Cor. Papilionaceæ, (545) Alis (23) & Carin. (120) incumbens.

899 *Vigiliæ* Plantarum, abſolvuntur determinatis horis Diei, quibus Plantæ Flores quotidie aperiunt, expandunt, & claudunt. *Tragopogon. Hierar.* &c.

900 *Villoſa* Calyptra, ſurſum vel deorſum piloſa. *Bryum. Striat. Polytrichum.*

901 *Villoſum* Folium, Tectum pilis mollibus.

902 *Villoſus* Caulis, Pilis mollibus pubeſc. *Rhus.*

903 *Virgatus.* Caulis, ramuſculis debilibus numeroſis inæqualibus.

904 *Viſcidum* Folium, oblinitum tenaci humore.

905 *Viſcoſitas*, Qualitas humoris tenacis.

906 *Vivipara* Gramina fiunt dum glumæ Corollæ excreſcunt in folia, tumque abortiunt, & Stamina cum Piſtillis plane evaneſcunt.

907 *Volva*, Calyx Fungi membranaceus, undique lacerus.

908 *Volubilis* Caulis, ſpiraliter adſcendens per ramum alienum.

909 *Volubilis* dextrorſum, (743) contra motum ſolis. *Convolvul.*

910 *Volubilis* Siniſtrorſum (743) Secundum ſolem. *Humulus. Polyg. Convolvul.*

911 *Vulgaris* Planta, ſ. *Frequens*, quæ in ſolo apto ſponte & copioſe provenit.

FLORA LITHUANICA INCHOATA,

SEU

ENUMERATIO PLANTARUM

QUAS

Circa Grodnam collegit & determinavit

JOANNES-EMMANUEL

GILIBERT,

Facult. Monsp. Med. Doct. Coll. Reg. Med. Lugdunei Professor Aggregatus, Regis Poloniæ Consiliarius, nec-non Medicus Ordinarius; M. D. Lit. Physicus.

1785.

IMMORTALI NOMINI

STANISLAI AUGUSTI

REGIS POLONIÆ,

MAGNI DUCIS LITUANIÆ,

SCIENTIARUM FAUTORIS PERSPICACISSIMI

PRIMITIAS

FLORÆ LITUANICÆ

NUNC GALLUS,

BENEFICIORUM MEMOR,

ITERUM

VOVET, DEDICAT, CONSECRAT;

Lugd. Gallorum;
10 Januarii anno 1785;

Humillimus Servus

JOANNES-EMMANUEL GILIBERT.

RATIO OPERIS.

MAGNI Ducatus Lituaniæ Floram inchoatam Botanophylis offero. Nullus adhuc plantas hujus Regionis juxta Leges Artis determinavit, Vicini noſtri, ſcilicet Boruſſi, pleraſque noſtras, etiam raras propoſuerunt, aut deſcripſerunt: Huc veniunt LOESELIUS, BREYNIUS, HELVINGIUS, MENTZELIUS, VULFIUS *ſed præſertim* REIGERUS *Gedanenſis, cujus opus ſedulo elaboratum ab aliquot tantum menſibus poſſideo: ſed ex his, nullus in Lituaniam penetravit. Pari jure laudare non poſſumus* BERNISTIUM, & ERNDTELIUM, *qui primi, Catalogos plantarum Polonicarum propoſuerunt.*

Hi enim Auctores remotiores plantas denominarunt, raro ſtationes apponendo, plurimas ſuſpectas aut non inveniendas proponendo, in hiſque vix unam aut alteram obſervationem invenio, quæ Autopſiam repetitam demonſtret. Quin imo ERNDTELIUS *evidenter tranſcribendo de verbo ad verbum Floras Germanicas præſertim Hoffmanianam vix in plurimis meretur fidem.*

His igitur miſſis ſolum invenio Gabrielem RZACZYNSKI, *qui aliquas plantas Magni Ducatus deſignavit; ſed auctor iſte, nullam propriam obſervationem proponit, citat tantum nomina Loeſelii, & paſſim ſi raras plantas allegat, fide Pharmacopeorum & Muliercularum illas indigenas pronuntiat: Sed quod pejus, proponit plantas, certe non ſperandas in Lituania: unde videre eſt, ſuppoſita hiſtoria naturali Poloniæ* RZACZYNSKIANA; *nondum in cunabulis floram noſtram Lituanicam vivere.*

Hoc igitur Auctore omiſſo tanquam inutili pro noſtro ſcopo, unum tantum invenire forte poterunt curioſi, qui cum vere fuerit Botanicus terram noſtram Lituanicam calcaverit; Scilicet Equitem Corvinum, qui nonnullas noſtras plantas Patri Barrelio tranſmiſit. Invenio enim inter rariores hujus Auctoris, Calam paluſtrem, ſub nomine Polonico GREBIGNE, *impatientem noli me tangere,*

Galeopſidem unum, & nonnullas alias a Corvino Polonicas appellatas. Aſt quo tempore, Eques Corvinus has plantas collegerit; an in Lituania? an in Polonia? nondum extricare potui: Botanophyllus enim iſte ſuo tempore bene notus, vix hodie celebratur.

Nonnullos auctores, qui Polonice ſcripſerunt, laudare non poſſum tanquam patres Botanices Lituanicæ, quia quos noſco meri ſunt traductores Fuchſii, aut Mathioli, nullam localem indagationem demonſtrantes: His igitur breviter propoſitis, ad noſtrum opus progredior.

Bona, & ſincera fide, ſpecies plantarum propono, quas inveni, & ni fallor, primus determinavi in Lituania. Per quinquennium nullam prætermiſi occaſionem plantas inveſtigandi: Cum diſcipulis tanta ſedulitate circa Grodnam ad diſtantiam quinque milliarium varias plagas peragravimus, ut vix maneat angulus terræ, nondum perluſtratus. Raras vix in Lituania ſperandas, certe invenimus ſpecies. Nonnullaſque ni fallor, novas. Qui in poſterum generâ noſtra enucleabit, inveniet certe candorem, & rigoroſum examen in noſtris inquiſitionibus; Omnia enim ſpecimina quæ caracteres ſpecierum, & varietatum exhibebant, viventia, & florentia attente deſcripſimus, & tali methodo præparavimus, ut quaſi viva diu in herbariis in poſterum poterunt verificari.

In variis collectionibus floræ Lituanicæ plerarumque specierum descriptiones, cum variis annotationibus proposuimus, jam plantæ floribus monopetalis aut polypetalis sunt exaratæ, manent adhuc describendæ imperfectæ cryptogamicæ, quas propediem publicabimus, ut fit quasi historia plantarum Lithuaniæ inchoata. In his opusculis & descriptiones & observationes tum clinicæ, tum botanicæ ad typum naturæ autopsia propria fuerunt delineatæ.

Nunc autem vade mecum tantum Botanicum, pro Lituania, curiosis proponimus: in quaque classe raras invenient species; liceat hic nonnullas revocare. Præter nonnulla Gallia, quæ non sunt indicata in vicinis floris sicut Valantiam glabram, campanula pyramidalis, vere spontanea, sub climate nostro confirmatur. Singularis varietas Campanulæ Thyrsoideæ in Sylvis nostris invenitur, præter Campanulam lilifoliam, & alias, quas ad Linnæanas certe reducere non potuimus. Veronicas nonnullas Alpinas, & Sibericas vix sperandas propono, præter maritimam, galeopsidem, &c. Dracocephallum Moldavicum vere circa Grodnam spontaneum, pedicularis sceptrum Carolinum inter rarissimas numerantur. Nonnullæ scabiosæ, duæ Carlinæ, Cardui tres, Hieracia plurima curiosorum attentionem merentur. In aliis classibus quæque collectio raras, & passim rariſſimas nobis dabit plantas. In his invenient Rhamnum alpinum, Evonymum verrucosum, Potentillam albam, ranunculum cassubicum

Saxifragam hirculum, Gentianam amarellam, Pyrolam minorem, unifloram, umbellatam, Eryngium planum, alpinum, pumilum; Laserpitium prutenicum, Chærophillum aromaticum, Cipripedium calceolum, Orchidem cuculatam, Ophrydem Loeselii, Monorchidem, coralorizam, &c. &c. &c.

Quoad numerum plantarum, floram divitem non promitto. Notum est enim, quo terræ remotiores sunt ab æquatore, eo pauciores inveniri species etiamsi ubique observetur æqualis numerus individuorum. Regnat flora nostra sub gradu quinquagesimo tertio latitudinis, igitur beatæ Galliæ ornamenta offerre non potest: attamen sua habet propria, non contemnenda; præterea terram tantum calcavimus mediterraneam, paucas tantum habuimus maritimas a sagaci Botanico collectas. Nulli veri montes inveniuntur circa Grodnam, igitur paucæ tantum alpinæ sperandæ, quæ potius temperiem frigidam amant, quam altitudinem soli. Quin imo etiamsi avidus, & sat alacris in inquisitionibus; Recessus omnes attente perlustrare non potui, præsertim in magnis Sylvis nostris, in quos a recessu maris, vix unus homo potuit penetrare. Fere quolibet anno gravissimis morbis obnoxius, integros menses amisi, praxi in Nosocomio Regio per quinquennium addictus, nec potui, nec debui integrum laboris tempus amasiæ meæ floræ donare. Directio scholæ Regiæ Medicæ, officia Professoratus quaque die aliquas horas sibi arripuerunt,

Horti Regii Botanici creatio, dispositio, observatio plantarum exoticarum, ultra duo millia specierum introductarum, dies plurimos syræneis blanditiis mihi sumpserunt. Furta quædam etiam floræ feci in gratiam Mineralogiæ & Zoologiæ Lituaniæ. Has temporis jacturas aliquo modo compensavi auxilio Alumnorum, qui variis temporibus, & quaque die vacationum in Œconomiis Regiis missi, egregias plantas detexerunt, quas certe omisissem. Juvenes robusti, & alacres, æstum, nociva paludum effluvia diuturnasque excursiones tolerare potuerunt, quæ vires meas superabant, præsertim temporibus convalescentiæ.

Præter solum Grodnense varia itinera suscepi; perlustravi omnes Sylvas, & campos Grodnâ transeundo per Krynki, & Brzesc, alia occasione Grodnâ Varsaviam, transeundo per Bialystok. Sed versus orientem non ultra novogrodoch, versus septentrionem non ultra Vilnam progressi fuimus. Circa Varsaviam per tres menses herbationes peregi, easdem præter paucas suo loco recensendas species inveni, quam circa Grodnam. Igitur regnat certe flora nostra iisdem fere legibus a Vilna Grodnâ usque Varsaviam. Quoad reliquas Provincias Poloniæ, tantum verificavi Autumnales quæ crescunt circa Cracoviam, quæ pleræque sunt nostræ Grodnenses: eædemque forte sperandæ æstivales, & vernales.

Mirabuntur forte nonnulli, quod in quaque collectione deficiant quædam species in tota Europa observatæ, sed nondum in Lituania invenire potuimus.

Quando aliquas ſpecies Varſavienſes a nobis verificatas propoſuimus, ſemper expreſſe ſtationem circa Varſaviam indicavimus.

Catalogus ſequens exhibet ſpecies Plantarum Linnæanas, quas circa Grodnam collegimus & determinavimus, ab Anno 1776, ad Annum 1781, fere omnes creſcunt in agro Grodnenſi. Remotiores præter paucas Polonicas aut vilnenſes fuerunt collectæ ad diſtantiam ſex milliarium, ſed paucæ ſpecies tam remotam ſtationem agnoſcunt, aliæ ad unum aut alterum milliare circa urbem obſervantur.

Nonnullas appoſuimus noviſſime determinatas, anno 1781 & 1782 has invenimus circa Varſaviam aut circa Vilnam.

Species Linnæanæ nunc recenſitæ tuto fuerunt determinatæ: Sepoſuimus omnes dubias ſeu quæ cum ſpeciminibus ſiccis a celeberr. Viris probatis aut cum figuris & deſcriptionibus rigoroſe non congruebant: manent igitur adhuc plurimæ ſpecies non contemnendæ, quas in ſequentibus edendis collectionibus floræ Lituanicæ, cum adæquatis deſcriptionibus, extricare tentabimus.

Numeri poſt Nomina trivialia Linnæi, in hoc catalogo appoſiti, indicant ſimiles ſpecies floræ Lipſienſis clarriſſ. Bochmeri, cum ſupplemento Schreberi: *ſic non inutiliter exurgit comparatio plantarum quæ circa Lipſiam & circa Grodnam fuerunt obſervatæ. Præterea nulla flora hactenus edita magis congruit cum noſtra, tam propter ſynonima accu-*

rate conſignata, tum propter methodum Ludvigianam *quæ prælectionibus noſtris a plurimis annis inſervit.*

Nomina tum Generica tum trivialia, paucis exceptis, ſunt Linnæana: Fungi vero juxta Methodum Gleditſchianam *enumerantur, quia melius & tutius noſtri cum clarriſſ.* Gleditschii *deſcriptionibus congruunt: plurimos tamen ſuppreſsimus, quos nullo modo reducere ſpeciebus aut varietatibus cognitis potuimus.*

Poſt ſpecies cum litera V. varietates præcipuas indicavi: ſint inutiles in pinace generali, ſed ſancte ſervandæ in chloride cujuſque regionis. Rariorum aut dubiarum ſpecierum deſcriptiones, poſt enumerationem propono, nonnullaſque obſervationes non vulgares, ſic non prorſus nuda apparebit chloris noſtra.

Ex Muſæo Lugduni-Gallorum,
anno 1785, 25 Februarii.

JOANNES-EMMANUEL GILIBERT.

CHLORIS GRODNENSIS

SEU

CONSPECTUS

PLANTARUM

AGRI GRODNENSIS

IN LITUANIA,

ORDINE LINNEANO.

Classis I.

MONANDRIA.

Monogynia.

HIPPURIS.

vulgaris.

Digynia.

CALLITRICHE.

verna *a* 247.
b . . *b* 248.
autumnalis 249.

Classis II.

DIANDRIA.

Monogynia.

LIGUSTRUM.

vulgare. 2

CIRCÆA.

lutetiana. 250.
alpina.
v. major.

VERONICA.

maritima. 95.
v. anguſtifolia.
ſpicata. 96.
v. prolifera.
longifolia. 903.
incana.
officinalis. 89.
Galeopſis folio.
ſerpyllifolia. 90.
v. minima.
beccabunga. 85.
Anagallis aquatica. 84.
ſcutellata. 86.
v. minima ramoſa.
teucrium. 87.
latifolia.
chamædrys. 88.
pſeudo-chamœdris.
Jacq. flor. auſtr.
agreſtis. 91.
arvenſis. 94.
hederæfolia. 92.
verna. 905.
triphyllos. 93.
acinifolia.

GRATIOLA.

officinalis.
v. roſea.

UTRICULARIA.

vulgaris. 902.

VERBENA.

officinalis. 133.

LYCOPUS.

europæus. 82.
v. hirſutus.

Digynia.

ANTOXANTHUM.

odoratum. 597.

Claſsis III.

TRIANDRIA.

Monogynia.

VALERIANA.

dioica. 98.
officinalis. 97.
Locuſta olitoria. 99.

GLADIOLUS.

communis. 100.

IRIS.

pſeudo-acorus. 3.
ſibirica. 4. 5.

SCHOENUS.

mariſcus. 654.
albus. 1008.

SCIRPUS.

paluſtris. 653.
capitatus. 1006.
acicularis. 650.
lacuſtris. 652.
cetaceus. 1005.

sylvaticus. 656.

ERIOPHORUM.

vaginatum.
poliſtachion. 655.

NARDUS.

ſtricta. 598.

Dyginia.

PHALARIS.

arundinacea. 608.
phleoides.

PANICUM.

viride.
glaucum. 97[illegible].
crus gallia. 60[illegible].

PHLEUM.

arenarium.
pratenſe. 601.
nodoſum. 602.

ALOPECURUS.

pratenſis. 604.
geniculatus. 603.

MILIUM.

effuſum. 509.

AGROSTIS.

calamagroſtis.
ſpica venti. 610.
arundinacea. 975.
canina. 976.
ſtolonifera. 611.
alba. 612.

AIRA.

montana.
cærulea. 979.
aquatica. 617. 980.
ceſpitoſa. 615.
flexuoſa. 981.
caneſcens. 982.
caryophyllea. 983.

MELICA.

nutans. 614.
ciliata. 613.

POA.

aquatica. 633.
trivialis. 630.
anguſtifolia. 631.
pratenſis. 632.
paluſtris. 993.
annua. 629.
compreſſa. 635.
nemoralis. 994.
criſtata. 992.

BRIZA.

media. 647.

DACTYLIS.

glomerata. 633.

CYNOSURUS.

criſtatus. 637.

cæruleus. 636.

FESTUCA.

ovina. 634.
duriuſcula. 997.
rubra. 998.
myuros. 1002.
decumbens. 1001.
elatior. 1003.
fluitans. 643.

BROMUS.

arvenſis.
ſecalinus. 640.
mollis. 640.
ſterilis. 641.
tectorum. 995.
giganteus. 996.
pinnatus.

AVENA.

elatior. 627.
fatua. 989.
pratenſis. 990.
flaveſcens. 991.

ARUNDO.

phragmites. 624.
epigeios. 986.
calamagroſtis. 625.

LOLIUM.

perenne. 645.
temulentum. 646.

HORDEUM

murinum. 622.

TRITICUM.

repens. 621.
caninum. 985.

Trigynia.

MONTIA.

fontana.

HOLOSTEUM.

umbellatum.

Claſſis IV.

TETRANDRIA.

Monogynia.

DIPSACUS.

fullonum. 158.

SCABIOSA.

ſucciſa. 159.
ſylvatica.
arvenſis. 160.
v. integrifolia.
columbaria. 161.
ochroleuca. 162.

SHERARDIA.

arvenſis. 14.

ASPERULA.

odorata.
tinctoria.

GALLIUM

GALIUM.

palustre. 9.
uliginosum. 887.
verum. 8.
v. minimum.
sylvaticum. 14.
Mollugo. 11.
glaucum. 12.
boreale. 10.
rotundifolium. 886.
saxatile.
aparine. 6.

PLANTAGO.

major. 18.
v. prolifera.
media. 890.
lanceolata. 19.
v. tomentosa.
psylium.
cynops.

CENTUNCULUS.

minimus. 892.

SANGUISORBA.

officinalis. 16.

CORNUS.

sanguinea. 257.

TRAPA.

natans. *pol.* 255.

ALCHEMILLA.

vulgaris. 752.

APHANES.

arvensis. 551.

Dyginia.

CUSCUTA.

europæa. 20.
v. filiformis.

Tetragynia.

POTAMOGETON.

natans. 261.
perfoliatum. 97.
lucens.
crispum. 162.
setaceum. 260.
pusillum.
gramineum. 264.

SAGINA.

procumbens. *a* 384.
b . . . b 385.

Classis V.

PENTANDRIA.

Monogynia.

MYOSOTIS.

Scorpioides arvensis. 32.
v. minima.
palustris. 31.
Lapula. 27.

LITHOSPERMUM.

officinale.
arvenſe. 3.

ANCHUSA.

officinalis. 22.

CYNOGLOSSUM.

officinale. 25.
v. flore rubro.

PULMONARIA.

anguſtifolia. 30.
v. minima.
officinalis. 29.

SYMPHYTUM.

officinale. 28.
v. roſea.

BORAGO.

officinalis. ad vena. 21.

LYCOPSIS.

arvenſis. 24.
pulla.

ECHIUM.

vulgare. 151.
v. alba.

PRIMULA.

officinalis. 39.
elatior. 38.
farinoſa.

MENYANTHES.

trifoliata. 40.
nymphoides.

HOTTONIA.

paluſtris. 37.

LYSIMACHIA.

vulgaris. 34.
v. verticillata.
thyrſiflora. 35.
nummularia. 36.

ANAGALLIS.

arvenſis. 33.

CONVOLVULUS.

arvenſis. 49.
ſepium. 50.
v. roſea.

CAMPANULA.

rotundifolia 897.
plur. varietates.
patula. 894.
v. alba.
Rapunculus. 48.
perſicifolia. 47.
pyramidalis.
rapunculoides. 896.
lilifolia.
latifolia.
Trachelium. 45.
thyrſoidea.
glomerata. 46.

Cervicaria. 895.

PHYTEUMA.

ſpicatum. 155.
orbiculare. *pol.* 156.

SAMOLUS.

Valerandi. *pol.* 898.

LONICERA.

nigra.
xyloſteum.

VERBASCUM.

Thaſpus. 152.
lychnitis. *pol.*
nigrum. 153.

DATURA.

Stramonium. 42.

HYOSCYAMUS.

niger. 154.

SOLANUM.

nigrum 53.
v. hirſutum.
Dulcamara 54.
v. alba.

RHAMNUS.

catharticus. 694.
alpinus.
Frangula. 51.

EVONIMUS.

europæus 353.

latifolius. } Scopoli.
verrucoſus. }

RIBES.

rubrum. 356.
alpinum.
nigrum. 355.
uva criſpa. 357.

HEDERA.

Helix *pol.* 342.

THESIUM.

alpinum.
Linophyllon. 553.

VINCA.

minor *ad vena.* 41.

Digynia.

ASCLEPIAS.

Vincetoxicum. 56.
v. rotundifolia.

HERNIARIA.

glabra. 569.

CHENOPODIUM.

bonus Henricus. 554.
rubrum. 561.
murale. 964.
album. 562.
viride. 559.
hybridum. 560.
glaucum. 563.
Vulvaria. *pol.* 558.

polyſpermum. 564.

ULMUS.

campeſtris. 570.

GENTIANA.

Pneumonanthe. 55.
Centaurium. 57.
& var vaill. *t.* 6. *f.* 1. 2.
amarella.
cruciata.
campeſtris.

ERYNGIUM.

planum.
alpinum.
pumilum barr. *t.* 376.

SANICULA.

europæa. 495.

BUPLEURUM.

rotundifolium. *pol.* 956.

TORDYLIUM.

Anthriſcus. 497.

DAUCUS.

Carota. 496.

CONIUM.

maculatum. 500.

SELINUM.

ſylveſtre. 477.
paluſtre. 478.
Carvifolia. 473.

ATHAMANTA.

Cervaria. 476.
Oreoſelinum. 475.

PEUCEDANUM.

officinale. 479.
Silaus. 480.

LASERPITIUM.

prutenicum. 498.
trilobum.
latifolium.

HERACLEUM.

anguſtifolium.
Sphondylium. 474.

ANGELICA.

ſylveſtris. 472.
archangelica.

IMPERATORIA.

oſtrutium.

SIUM.

latifolium. 504.
anguſtifolium. 505.
falcaria.
nodiflorum.

OENANTHE.

fiſtuloſa. 494.

PHELLANDRIUM.

aquaticum. 507.

CICUTA.
viroſa. 502.
ÆTHUSA.
Cynapium. 501.
SCANDIX.
pectenVeneris.*pol.*487.
Antrhiſcus. 493.
CHÆROPHILLUM.
ſylveſtre. 491.
bulboſum. 489.
aromaticum.
temulentum. 488.
hirſutum. 490.
PIMPINELLA.
faxifraga major. 484.
minor. 483.
hircina. 485.
SESELI.
annuum.
ſaxifragum. 486.
PASTINACA.
latifolia
v. ſylveſtris. 469.
CARUM.
Carvi. 482.
APIUM.
graveolens. 509.
ÆGOPODIUM.
Podagraria. 471.
Trigynia.
VIBURNUM.
Opulus. 58.
SAMBUCUS.
Ebulus. 60.
nigra. 59.
ALSINE.
media. 378.
viſcoſa. 945.
Tetragynia.
PARNASSIA.
paluſtris. 351.
Pentaginia.
STATICE.
Armeria. 358.
LINUM.
uſitatiſſimum.
catharticum. 362.
Radiola. 942.
DROSSERA.
rotundifolia. 359.
longifolia. 360.

Polygynia.

MYOSURUS.

minimus. 420.

Claſſis. VI.

HEXANDRIA.

Monogynia.

ALLIUM.

Scorodopraſum. 958.
arenarium.
carinatum. 597.
oleraceum. 530.
angulosum. 535.
urſinum. 536.

LILIUM.

Martagon. 527.
v. foliis ſparſis.

ORNITHOGALUM.

luteum. 524.
minimum. 524. b.

ANTHERICUM.

Liliago. 526.
ramoſum.
calyculatum.

ASPARAGUS.

officinalis. 538.

CONVALLARIA.

majalis. 62.
v. latifolia.
verticillata. *pol.*

Polygonatum. 61.
multiflora. 61. b.
bifolia. 256.

ACORUS.

Calamus. 571.

JUNCUS.

conglomeratus. 578.
effuſus. 577.
filiformis. 967.
articulatus. 581.
bulboſus. 589.
bufonius. 579.
piloſus. 583.
campeſtris. 582.

BERBERIS.

vulgaris. 537.

PEPLIS.

Portula. 523.

Trigynia.

RUMEX.

criſpus. 574.
maritimus. 966.
acutus. 575.
obtuſifolius. 965.
aquaticus. 574.
Acetoſa. 572.
Acetoſella. 573.

SCHEUCHZERIA.

Paluſtris. 587.

TRIGLOCHIN.

paluſtre. 251.

Polyginia.

ALISMA.

Plantago aquatica. 252.
natans.
ranunculoides.

Claſsis. VII.

HEPTANDRIA.

Monogynia.

TRIENTALIS.

europæa. 64.

Claſsis. VIII.

OCTANDRIA.

Monogynia.

OENNOTHERA.

biennis.

EPILOBIUM.

anguſtifolium. 207.
v. lineari folio.
hirſutum. 298.
parviflorum. 1164.
montanum. 299.
roſeum. 1165.
tetragonum.
paluſtre. 931.
obſcurum. 1166.

VACINIUM.

Myrtillus. 68.
Vitis idæa. 67.
uliginoſum.
oxycocum.

ERICA.

vulgaris. 65.

DAPHNE.

Mezereum. 66.
v. alba.

Trigynia.

POLIGONUM.

Biſtorta 592.
amphibiam. 566.
Hydropiper 568.
Perſicaria. 567.
v. alba.
aviculare. 589.
Convolvulus. 591.
tataricum.

Tetragynia.

PARIS.

quadrifolia. 302.
v. quinquefolia.

ADOXA.

Moſchatellina. 69.

ELATINE.

Hydropiper. 932.
Alſinaſtrum. 301.

Classis. IX.

ENNEANDRIA.

Hexagynia.

BUTOMUS.

umbellatus. 254.

Classis. X.

DECANDRIA.

Monogynia.

MONOTROPA.

Hypopitys. 300.

ANDROMEDA.

polifolia.

ARBUTUS.

uva ursi.

PYROLA.

rotundifolia. 465.
minor. 465. 3.
v. foliis coloratis.
secunda. 466.
umbellata. 467.
uniflora. 468.

LEDUM.

palustre. 943.

Digynia.

CHRYSOSPLENIUM.

alternifolium. 588.

SAXIFRAGA.

granulata. 572.
hirculus.
tridactylites. 573.

SCLERANTHUS.

annuus. 595.
perennis. 969.

GYPSOPHILA.

muralis. 371.
fastigiata.

SAPONARIA.

officinalis. 369.
v. alba.
Vaccaria. *pol.* 370.

DIANTHUS.

carthusianorum. 366.
Armeria. 368.
prolifer.
deltoides. 367.
superbus. 365.
arenarius.

Tryginia.

CUCUBALUS.

otites
baccifer. 389.
Behen. 394.
viscosus.

SILENE.

nutans. 395.
armeria.
noctiflora. 949.

STELLARIA.

nemorum. 946.
holoſtea. 376.
dichotoma.
graminea. 375.
uliginoſa. 374.

ARENARIA.

ſaxatilis.
trinervia. 944.
ſerpilifolia. 383.
rubra campeſtris. 381.
media.

Pentagynia.

SEDUM.

Telephium. 409.
acre. 410.
ſexangulare. 411.

OXALIS.

Acetoſella. 70.

AGROSTEMMA.

Githago. 396.

LYCHNIS.

Flos cuculi. 391.
Viſcaria. 390.
dioica. 392.

CERASTIUM.

vulgatum. 387
viſcoſum. 948
ſemidecandrum. 388.
arvenſe. 386.
aquaticum. 377.

SPERGULA.

arvenſis. 380.
pentandra. 947.
nodoſa. 382.

Claſſis. XI.

DODECANDRIA.

Monogynia.

ASARUM.

europæum.

PORTULACA.

oleracea. 885.

LYTHRUM.

ſalicaria. 539.
var. anguſtifolia.

Digynia.

AGRIMONIA.

enpatoria. 403.

Trigynia.

RESEDA.

Luteola. 959.

EUPHORBIA.

Peplus. 78.
dulcis. 80.
helioſcopia. 77.

cfula. *pol.*
paluſtris. 75.
cypariſſias. *pol.*

Dodecagynia.

SEMPERVIVUM.

tectorum. 412.

Claſſis. XII.

ICOSANDRIA.

Monogynia.

PRUNUS.

Padus. 399.
avium. 400.
ſpinoſa. 401.

Digynia.

CRATAEGUS.

Oxyacantha. 404.

Trigynia.

SORBUS.

aucúparia. 405.

Pentagynia.

PYRUS.

communis. 417.
Malus. 418.

SPIRÆA.

Filipendiuls. 542.
Ulmaris. 421.

Poligynia.

ROSA.

canina. 450.
eglanteria.
ſpinoſiſſima. 451.

RUBUS.

idæus. 447.
caſius. 449.
chamæmorus.
fruticoſus. 448.
ſaxatilis. 953.

FRAGARIA.

veſca. 423.
ſterilis.

POTENTILLA.

Anſerina. 422.
recta. 427.
argentea. 430.
verna. 429.
aurea.
alba. 428.
norvegica.
reptans. 426.

TORMENTILLA.

erecta. 306.
var. decumbens.

GEUM.

urbanum. 433.
rivale. 432.
v. prolifera.

COMARUM.

paluſtre. 425.

Claſſis XIII.

POLYANDRIA.

Monogynia.

ACTÆA.

ſpicata.

CHELIDONIUM.

majus. 305.

PAPAVER.

Argemone. 933.
Rhœas. 303.
dubium. 934.

NYMPHÆA.

lutea. 544.
alba. 545.

TILIA.

europæa. 397.

CISTUS.

Helianthemum. 398.

Digynia.

DELPHINIUM.

Conſolida. 541.

Pentagynia.

NIGELLA.

arvenſis. 415.

AQUILEGIA.

vulgaris.

Hexagynia.

STRATIOTES.

aloides.

Polyginia.

ANEMONE.

Hepatica. 960.
var. alba.
patens.
var. alba.
pratenſis.
vernalis.
ſylveſtris.
var. roſea.
Pulſatilla. 543.
nemoroſa. 548.
v. flore pleno.
ranunculoides. 547.

CLEMATIS.

Flammula. *pol.* 309.

THALICTRUM.

aquilegifolium.
minus.
anguſtifolium 308.
flavum. 307.

RANUNCULUS.

Flamula. 444.
lingua. 445.
Ficaria. 446.
Caſſubicus.
auricomus. 442.
ſceleratus. 431.
bulboſus. 438.
repens. 439.
polyanthemos. 952.
acris. 437.
lanuginoſus. 440.
arvenſis. 443.
aquatilis diverſifolius. 434.
fœniculaceus. 435.
peucedanifolius. 436.

TROLLIUS.

europæus. 549.

CALTHA.

paluſtris. 623.

Claſſis. XIV.

DIDYNAMIA.

Gymnoſpermia.

AJUGA.

pyramidalis. 103.
var. alba.
reptans. 102.
v. roſea.
Genevenſis.

TEUCRIUM.

Scordium. 101.

NEPETA.

Cataria. 123.

BETONICA.

officinalis. 120.
v. alba.

MENTHA.

ſylveſtris. 881.
aquatica. 128.
arvenſis. 129.

GLECHOMA.

hederacea. 131.
v. minor.

LAMIUM.

purpureum. 107.
album. 106.
amplexicaule. 105.

GALEOPSIS.

Ladanum. 108.
Tetrahit rubrum. 109.
luteum. 110.
Galeobdolon. 114.

LEONURUS.

cardiaca. 115.
glabra.
quinquelobа.

STACHYS.

sylvatica. 112.
palustris. 113.
annua. 121.
arvensis. 907.

BALLOTA.

nigra. 122.

MARRUBIUM.

vulgare. 127.

CLINOPODIUM.

vulgare. 130.

ORIGANUM.

vulgare. 132.
var. alba.

DRACOCEPHALUM.

ruischiana.
moldavica.

MELITIS.

melissophyllum.

THYMUS.

Serpillum. 125.
Acinos. 126.

SCUTELLARIA.

galericulata. 118.
hastifolia. 119.
minor.

PRUNELLA.

vulgaris. 116.
grandiflora. 117.

Angiospermia.

RHINANTHUS.

Christa galli-
femina. 139.
mas. 138.

EUPHRASIA.

officinalis. 148.
var. minima dillen.
Odontites. 142.

MELAMPYRUM.

cristatum. 910.
arvense. 141.
nemorosum. 140.
pratense. 911.
sylvaticum. 912.

LATHRAEA.

squamaria. 134.

PEDICULARIS.

palustris. 136.
sylvatica. 137.
sceptrum carolinum.

ANTIRRHINUM.

spurium. 146.
Linaria. 143.
v. alba.

minus. 144.
Orontium. *pol.* 145.

SCROPHULARIA.

nodosa. 149.
aquatica. 150.

DIGITALIS.

ambigua.

OROBANCHE.

major.

LIMOSELLA.

aquatica. 135.

Classis. XV.

TETRADYNAMIA.

Siliculosa.

MYAGRUM.

paniculatum. 929.
v. uno racemo

DRABA.

verna. 395.
muralis.

LEPIDIUM.

ruderale. 293.

THLASPI.

arvense. 289.
campestre. 290.
Bursa pastoris. 291.

COCHLEARIA.

Armoriacea. 294.
Coronopus. *pol.* 930.

IBERIS.

nudicaulis. 392.

ALYSSUM.

incanum. 296.
calycinum.

Siliquosa.

DENTARIA.

bulbifera.

CARDAMINE.

impatiens.
hirsuta.
amara. 289.
pratensis. 287.

SISYMBRIUM.

Nasturtium. 277.
sylvestre. 878.
amphibium palustre. 275.
aquaticum. 276.
Sophia. 380.
arenosum.
Irio. 274.
loeselii.

ERYSIMUM.

officinale. 273.

Barbarea. 279.
Alliaria. 281.
cheirantoides. 284.

ARABIS.

thaliana. 286

TURRITIS.

glabra. 283.
hirsuta. 285.

BRASSICA.

campestris.
alpina.

SINAPIS.

arvensis. 272.

RAPHANUS.

Raphanistrum. 267.

ISATIS.

tinctoria.

Classis. XVI.

MONADELPHIA

Decandria.

GERANIUM.

cicutarium. 491.
palustre. 458.
pratense. 459.
robertianum. 462.
sylvaticum.
dissectum. 463.
columbinum.
rotundifolium. 464.
molle. 955.
sanguineum. 460.

MALVA.

rotundifolia. 72.
sylvestris. 73.
crispa.
Alcea. 74.
moschata.

classis. XVII.

DIADELPHIA.

Hexandria.

FUMARIA.

bulbosa cava. 312.
solida. 313.
officinalis. 311.

Octandria.

POLYGALA.

vulgaris. 253.
var. alba, rosea.
amara.
var. lignosa.

Decandria.

SPARTIUM.

scoparium. 938.

GENISTA

tinctoria. 323.
var. angustifolia.
germanica. *pol.* 324

ONONIS.

spinosa. 227.
var. mutica.

ANTHILLIS.

vulneraria. 332.
var. alba integrifolia.

OROBUS.

vernus 340.
var. alba.
tuberosus. 940.
niger. 341.

LATHYRUS.

tuberosus. 311.
pratensis. 337.
latifolius. 338.
paluſtris.
heterophyllus.

VICIA.

cassubica.
dumetorum.
Cracca. 333.
sativa. 330.
sylvatica.
sepium. 331.

ERVUM.

hirsutum. 334.
tetraspermum. 939.

CYTISUS.

austriacus.

CORONILLA.

varia. 346.

ORNITHOPUS.

perpusillus. 347.

ASTRAGALUS.

glycyphyllus. 350.
austriacus.
arenarius.

TRIFOLIUM.

Melilotus officinalis. 314.
var. alba.
lutea.
melil. polonica.
hybridum. 936.
rubens.
repens. 320.
alpestre. 318.
pratense. 317.
arvense. 320.
montanum. 319.
fragiferum. 315.
agrarium. 316.
spadiceum.
procumbens. 937.

LOTUS.

corniculatus 343.

MEDICAGO.

falcata. 349.
lupulina. 348.

classis.

Classis. XVIII.

POLYADELPHIA.

Polyandria.

HYPERICUM.

perforatum. 406.
humifusum 408.
quadrangulum. 950.
montanum. 407.
hirsutum. 951.

classis. XIX.

SYNGENESIA.

Polygamia æqualis.

TRAGOPOGON.

pratense. 205.

SCORZONERA.

humilis.
var. angustif.

PICRIS.

hieracioides. 207.

SONCHUS.

palustris.
arvensis. 214.
oleraceus lævis. 216.
asper. 215.

LACTUCA.

Scariosa. 211.
saligna 816.

CHONDRILLA.

juncea. 206.

PRENANTHES.

muralis.

LEONTODON.

Taraxacum. 218.
autumnale. 222.
hispidum. 217.
hirtum. 219.

HIERACIUM.

Pilosella. 211.
auricula
dubium 916.
cymosum. 210.
præmorsum.
murorum. 212.
paludosum. 917.
cerinthoides.
sabaudum. 208.
umbellatum. 209.

CREPIS.

tectorum. 213.
biennis. 918.

HYOSERIS.

minima. 204.

HYPOCHŒRIS.

maculata.
radicata. 225.

LAPSANA.

communis. 203.

CICHORIUM.

Intybus. 223.
var. fl. albo.
var. fasciata.

ARCTIUM.

Lappa. 201.
var. tomentosa.

SERRATULA.

tinctoria. 190.
var. integrif.
arvensis. 195.

CARDUUS.

lanceolatus. 194.
nutans. 191.
acanthoides.
eryophorus.
crispus. 192.
palustris. 198.
acaulis. *pol.* 196.

CNICUS.

oleraceus. 200.

ONOPORDON.

Acanthium. 186.

CARLINA.

acaulis.
v. subcaulescens.
vulgaris. 186.
var. uniflora.
racemosa.

BIDENS.

tripartita. 187.
minima. 914.
cernua. 188.

EUPATORIUM.

cannabinum. 185.
v. alba.
var. integrifolia.

Polygamia superflua.

TANACETUM.

vulgare. 163.
var. pinnulis serratis.

ARTEMISIA.

campestris. 166.
v. rub. caule.
Absinthium. 165.
vulgaris. 164.

GNATHALIUM.

dioicum. 174.
v. rosea.
arenarium. 175.
uliginosum 180.
sylvaticum. 179.

CONYZA.

squarrosa. *pol.* 181.

ERIGERON.

canadense. 184.
acre. 189.

TUSSILAGO.

Farfara. 167.
alba.
Petasites. 168.

SENECIO.

vulgaris. 170.
sylvaticus.
viscosus 171.
incanus.
Jacobæa. 172.
suaveolens.
saracenicus.
paludosus. 173.
nebrosensis.

ASTER.

Tripolium. 921.
amelus.

SOLIDAGO.

Virga aurea. 236.

INULA.

Helenium. 232.
britanica.
dysenterica. 235.
germanica.
pulicaria. 182.
oculus christi.

salicina. 233.
hirta. 234.

CINERARIA.

palustris. 237. 238.

ARNICA.

montana. 922.
var. quinqueflora.

BELLIS.

perennis. 226.

CHRYSANTHEMUM.

Leucanthemum 229.
var. nanus.
segetum
inodorum. 920.

MATRICARIA.

Parthenium. 228.
suaveolens. 919.
Chamomilla. 231.

ANTHEMIS.

arvensis. 923.
Cotula. 239.
tinctoria. 1163.

ACHILLEA.

Ptarmica. 241.
Millefolium. 240.
nobilis.

Polygamia fruſtranea.

CENTAUREA.

phrygia.
Cyanus. 245.
v. albo roſea.
paniculata. 925.
ſcabioſa. 883.
Iacea. 246.

COREOPSIS.

Bidens. 924.

Polygamia neceſſaria.

CALENDULA.

arvenſis. 227.

FILAGO.

montana. 178.
arvenſis. 177.

Monogamia.

IASIONE.

montana. 44.
var. umbellata.

VIOLA.

montana.
paluſtris.
mirabilis.
hirta. 954.
odorata. 454.
canina. 455.
tricolor. 452.
bicolor. 463.

IMPATIENS.

Noli tangere. 310.

Claſſis XX.

GYNANDRIA.

Diandria.

ORCHIS.

piramidalis.
bifolia. 520.
coryophora.
morio. 512.
maſcula. 511.
cuculata.
uſtulata.
militaris. 510.
incarnata.
latifolia. 315.
ſambucina.
maculata. 515. 1.
conopſea. 514.

SATYRIUM.

nigrum.
repens.
viride. 513.

OPHRYS.

monorchis.
lœſelii.
corallorhyza.
Nidus avis. 522.
cordata.

ovata. 521.
inſectifera.

SERAPIAS.

latifolia. 518.
longifolia. 519.
grandiflora. 417.

CYPRIPEDIUM.

calceolus.

Polyandria.

CALA.

paluſtris.

Claſsis XXI.

MONOECIA.

Monandria.

ZANICHELLIA.

paluſtris.

CHARA.

vulgaris. 1009.

Diandria.

LEMNA.

triſulca. 854.
minor. 855.
polyrrhiza. 1099.

Triandria.

TYPHA.

latifolia. 678.
anguſtifolia. 678. 2.

SPARGANIUM.

natans.
erectum. 677.

CAREX.

pulicaris. 673.
leporina. 667.
vulpina. 666.
brizoides. 675.
ceſpitoſa.
muricata. 672.
pilulifera.
loliacea. 1011.
arenaria.
elongata. 676.
dioica.
flava. 668.
digitata. 670.
montana. 1014.
palleſcens. 1016.
panicea. 1017.
hirta. 1018.
pſeudocyperus. 663.
ſylvatica. 661.
diſtans. 1019.
acuta nigra. 664.
rufa. 552.
veſicaria. 665.

Tetrandria.

BETULA.

alba. 682.
alnus glutinosa. 681.

URTICA.

urens. 680.
dioica. 679.

Pentandria.

XANTHIUM.

strumarium. 659.

AMARANTHUS.

viridis.
blitum. 684.

Polyandria.

CERATOPHYLLUM.

demersum. 688.

MYRIOPHYLLUM.

spicatum. 593.
verticillatum. 594.

SAGITTARIA.

sagittæ folia. 660.
v. anguſtif. var. tuberoſ.

QUERCUS.

robur. 690.

FAGUS.

sylvatica. 693.

CARPINUS.

betulus. 689.

CORYLUS.

avellana. 691.

Monadelphia.

PINUS.

sylvestris. 687.
abies (picea *veter nov.* larix. 686.

THUIA.

occidentalis.

BRYONIA.

alba. 658.

Classis XXII.

DIOECIA.

Diandria.

SALIX.

pentandra. 1021.
triandra. 1022.
fragilis. 1023.
purpurea. 1024.
vitellina. 701.
amygdalina. 697.
caprea. 700.

aurita. 1025.
alba.
roſmarinifolia.
arenaria.

Triandria.

EMPETRUM.

nigrum.

Tetrandria.

VISCUM.

album. 681.

Pentandria.

HUMULUS.

Lupulus. 703.

Octandria.

POPULUS.

tremula. 707.
nigra. 706.
alba. 1026.

Enneandria.

MERCURIALIS.

perennis. 709.
annua. *pol.* 708.

HYDROCHARIS.

morſus ranæ. 695.

Monadelphia.

JUNIPERUS.

communis.

TAXUS.

baccata.
V. Faſciata.

Claſſis XXIII.

POLYGAMIA.

Monoecia.

VERATRUM.

album.

ANDROPOGON.

Iſchæmum. 974.

HOLCUS.

lanatus. 616.
odoratus.
mollis. 984.

VALANTIA.

Cruciata. 7[illegible]
glabra.

ATRIPLEX.

laciniata. 755.
haſtata. 963.
patula. 554.

ACER.

pseudoplatanus. 364.
campestre. 363.

Dioecia.

FRAXINUS.

excelsior. 710.

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

Filices.

EQUISETUM.

sylvaticum. 728.
arvense. 730.
palustre. 831.
fluviatile. 727.
hiemale. 729.

OPHIOGLOSSUM.

vulgatum. 726.

OSMUNDA.

lunaria. 725.
spicans. 724.

ACROSTICHUM.

septentrionale. 711.

PTERIS.

aquilina. 723.

ASPLENIUM.

trichomanes. 716.
ruta muraria. 712.

POLYPODIUM.

vulgare. 717.
Filix mas. 718.
filix fœmina.
cristatum. 1028.
fragile. 721.
dryopteris. 1170.

Musci.

LYCOPODIUM.

clavatum. 732.
selago.
complanatum.

SPHAGNUM.

palustre. 774.

PHASCUM.

subulatum. 777.
acaulon.

POLYTRICHUM.

commune. 733.

FONTINALIS.

major. 781.
antipyretica.

MNIUM.

nanum.
purpureum.

ſerpilifolium.
androgynum. 773.
fontanum.
pellucidum. 1076.
trichomanes.
aureum.
hygrometricum.
paluſtre. 1077.
jungermania.
crudum.
ſerpilifolium.

BRIUM.

apocarpum. 776.
pomiforme. 740.
ſtriatum.
pyriforme. 743.
truncatulum. 745.
extinctorium. 1033.
hypnoides.
ſubulatum. 744.
rurale. 751.
murale. 742. 747.
ſcoparium. 756.
undulatum. 746.
glaucum. 739.
heteromalum. 1036.
cirrhatum. 748.
viridulum. 754.
argenteum. 749.
pulvinatum. 751.
ceſpitium. 750.

HYPNUM.

bryoides. 1050.
taxifolium. 1051.
denticulatum. 772.
complanatum. 778.
criſpum. 764.
parietinum. 765.
proliferum. 766.
prælongum. 1054.
abietinum. 1055.
filicinum. 771.
cupreſſiforme. 762.
aduncum. 1056.
paluſtre. 1074.
triquetrum. 767.
rutabulum. 1057.
fluitans. 1060.
cuſpidatum. 768.
ſquarroſum. 1063.
viticuloſum. 761.
riparium. 1064.
purum. 1065.
illecebrum. 1066.
dendroides. 769.
alopecurum. 1068.
myoſuroides. 1069.
ſciuroides. 770.
ſericeum. 759.
velutinum. 757. 758.
ſerpens. 760.
paluſtre. 1074.

Algæ.

JUNGERMANIA.

aſplenioides. 783.
lanceolata. 1079.
bidentata. 1081.
puſilla. 1085.
varia. 1080.
reptans. 1083.
complanata. 782.

tamariſcifolia. 1086.
epiphylla. 785.
furcata. 784.

MARCHANTIA.

polymorpha. 852.
conica. 853.

RICCIA.

cryſtalina.
fluitans.
glauca. 1091.

LICHEN.

jubatus. 1100.
chalybeiformis. 1101.
hirtus. 1102.
floridus. 1103.
barbatus. 1104.
rangiferinus ſylvaticus. 1105.
paſchalis.
ſubulatus. 1107.
uncialis. 1108.
pyxidatus. 1109.
cocciferus. 1110.
fimbriatus. 1111.
gracilis. 1112.
cornutus. 1113.
caninus. 858.
aphtoſus. 860.
cuperatus. 863.
fraxineus. 862.
furfuraceus. 859.
calicaris. 1117.
farinaceus. 1118.
prunaſtri. 856.
ciliaris. 868.
iſlandicus.
pulmonarius. 857.
criſpus. 1121.
ſtellaris. 865.
phyſodes. 1124.
ſaxatilis. 864.
olivaceus. 1128.
parietinus. 861.
ſubfuſcus. 1129.
candelarius. 1131.
ericetorum. 866.
ſanguinarius. 1140.
geographicus. 1143.
incanus. 1147.
lacteus. 1148.

TREMELLA.

difformis.
verrucoſa. 1152.
noſtoch. 869.
purpurea.

ULVA.

compreſſa. 1154.
granulata. 1155.

CONFERVA.

bulloſa. 1156.
reticulata.
fluviatilis.
amphibia. 1159.
capillaris.
rivularis. 879.

BYSSUS.

botrioides.

phosphorea.
incana.
antiquitatis.
velutina. 875.
flos aquæ.
stellaris.
saxatilis.
cespitosa.
candelaris.
floccosa. 1160.

FUNGI.

CLAVARIA.

pistillaris. I. 850.
corralloides. III. 851.
digitata. 1097.

ELVELA.

Morchella. II. 843.
auricula. III. 842.
fallopiana. IV. 841.
scutellata. VII. 838. 840.

PHALLUS.

impudicus I. 833.
esculentus. IV. 834. 836.

BOLETUS.

bovinus. I. 818. 822.
verficolor. II. 830.
suaveolens.
squammosus. III. 824. 829.
coriaceus V.
imbricatus. VI. 832.
auriscalpium. VII. 831.
cristatus. VIII. 827.
intibaceus. XI. 828.
sanguinaceus. X. 823.
echinatus. XI.
igniarius. XII. 826.
flabelliformis. XII. d. 825.

AGARICUS.

muscarius I.
ovinus aureus. II. b. 787.
tuberosus albus. III. 788.
fuscus III. d.
atramentarius. IV. 790.
crenulatus albus. V. 789.
fornicatus luteo albus. VI. 791.
laxus. IX. 792.
piperatus albus. X. 793.
delicioſus lateritius XI. 794.
cantharellus. XII. 795. 833.
Kremlimgua. XIII. 796.
diversicolor flavescens. XIV. f.
androsaceus. XV. 797.
salebrosus. XVI. 798.
porcatus. XVII. 799.
lacerus albus. XIX. 801.
acetabulosus. XX.
campestris. XXI. 802.

Georgii. XXI e. f. 803.
columbetta. XXII. 804.
tenuiſſimus. XXIII. 805.
ſimetarius. XXIV. 806.
galericulatus. XXV. 807.
umbellatus g.
ſquamoſus. XXVI.
lacteus. XXVII. 808.
carneus L. 812.
croceus. XXVIII. 809.
campanulatus. L. 810.
clypeatus. 811.
violaceus. 812.
villoſus. XXIX.
quercinus. XXX. 814. 816.
pectunculus. XXXI. 815.
ſpatulatus. HAL. *hiſt.* 2338. 817.

PEZIZA.

lævis. I. 846.
hirſuta. I. a. 847.

STEMONITIS.

elavata. I. 837.

LYCOPERDON.

boviſta vulgaris. I. 849.
furfuracea. I. e. 1.
ſtellata I. f. 849. 2.
teſſellata. g. 3.
verrucoſa. h.
aculeata. i. 4.
papilloſa. k. 5.
piloſa. p.
decorticata. r.
pedunculatum. III. 1094.
epidendrum. IV. 848.
multifidum. V. a. 1095.
braſſicæ. 1096.

MUCOR.

cellularis. I.
clavatus II.
ſimetarius. II. a.
paniceus. II. b. 873.
ſepticus. II. d. 872.
mucedo. IV. 872.
botryoides. IV. b.
globoſus. IV. e.
lycogala. III. e.
glaucus. VI. 871.
cruſtaceus L.
Eryſiphe. L.

PLANTÆ CULTÆ.

Diandria.

SYRINGA.

vulgaris. 1.

Triandria.

PHALARIS.

canarienſis. 599.

PANICUM.

miliaceum. 608.

AVENA.

ſativa. 626.
ſtrigoſa. 988.

SECALE.

cereale. 618.

HORDEUM.

vulgare. 623.
diſtichum.

TRITICUM.

æſtivum. 619.
hibernum. 620.

Tetrandria.

CORNUS.

mas. 158.

Pentandria.

SOLANUM.

tuberoſum. 52.

BETA.

vulgaris. 565. 3. 4.
cicla. 565. 1. 2.

SIUM.

ſiſarum. 503.

CORIANDRUM.

ſativum. 499.

SCANDIX.

cerefolium. 492.

ANETHUM.

graveolens. 470.
fœniculum. 481.

APIUM.

petroſelinum. 508.

Hexandria.

ALLIUM.

porrum. 531.
ſativum. 529.
aſcalonicum.
cepa. 532.
fiſtuloſum. 533.
ſchoenopraſum. 536.

Heptandria.

ESCULUS.

Hippocaſtanum. 457.

Octandria.

POLYGONUM.

fagopyrum. 590.

Polyandria.

PAPAVER.

ſomniferum. 304.

Tetradynamia.

COCHLEARIA.

officinalis.

MYAGRUM.

ſativum. 265.

BRASSICA.

oleracea. 269.
napus. 270.
rapa. 271.

RAPHANUS.

ſativus. 268.

Diadelphia.

PHASEOLUS.

vulgaris. 344.

PISUM.

ſativum. 336.

VICIA.

ſativa alba. 328.
faba. 335.

ERVUM.

lens. 326.

ROBINIA.

pſeudo acacia. 345.

HEDYSARUM.

onobrychis. 884.

Syngeneſia.

LACTUCA.

ſativa. 220.

CYNARA.

ſcolymus. 199.

HELIANTHUS.

annuus. 242.
tuberoſus. 243.

Monoecia.

CUCUMIS.

sativus. 656.

CUCURBITA.

lagenaria. 657.
pepo.

JUGLANS.

regia. 692.

Dioecia.

SPINACHIA.

oleracea. 705.

CANNABIS.

sativa. 704.

JUNIPERUS.

sabina. 702.

PLANTÆ

RARIORES ET COMMUNES

LITHUANIÆ

OBSERVATIONIBUS AUT DESCRIPTIONIBUS

ILLUSTRATÆ.

MONOPETALÆ REGULARES.

1. SAMBUCUS nigra L. Florens Junio: Grodnenſis prope hortos. Videtur advena. Corollæ albæ, ſuaveolentes, ſæpe ſexfidæ cum ſex ſtaminibus. Sambucum ebulum nunquam inveni circa Grodnam, ideo omiſi in prima collectione floræ Lituan. Sed poſtea copiosè florentem inveni juxta amnem Villia prope Vilnam.

2. Andromeda Roſmarinifolio. Fruticulus erectus, pedalis. Folia alterna, lineari lanceolata, oris contractis, ſuperne viridia, inferne glauca. Pedunculi aggregati, longi, purpurei. Calix coloratus. Corolla ſubgloboſa albo purpurea, ora contracta, ſtamina decem. Fructus: capſula ſubrotunda.

Andromeda, polifolia L. Florens Auguſto, Grodnenſis: Lipska, in humidis ſylvis.

3. Lonicera nigra. L. Frutex quatuor pedalis. Folia ovato lanceolata: juniora villoſa, ſenſim calveſcunt. Pedunculi axilares, biflori. Calix quinquefidus: corolla ſaturate purpurea, quaſi bilabiata: labio ſuperiore quadrifido; inferiore integro. Baccæ gemellæ, diſtinctæ, inferæ, nigræ.

Grodnenſis ſylvatica. Florens Junio.

4. Galium grandiflorum. Caulis pedalis vix ſe ſuſtinens, aſper, vix ramoſus. Folia linea latiora, lanceolata, ſub

aſpera, obtuſa, inferius ſena, quaterna ſuperius: Quina in intermedio. Racemus pauciflorus. Germen rugoſum, glabrum; corollæ albæ fructu majores.

Forte varietas uliginoſi L. Grodnenſis in aquoſis juxta ripas Niemen. Florens junio. Perennis.

5. Galium incarnatum. Caulis pedalis, glaber, tenuis, debilis, ramoſus. Folia quina, quaterna, verticillis paucis, lineari lanceolata, inæqualia, obtuſa, glabra. Racemi pauciflori. Corollæ magnæ, carneæ, germina glabra.

Habitus præcedentis: Grodnenſis, aquatica, Loſoſna. Florens junio.

6. Galium albolutescens. Caulis bipedalis, ramoſus, glaberrimus. Folia caulina ſena, lanceolata, marginibus ſubſpinoſa, mucronata; Folia ramorum quina, latiora, breviora. Racemi pauciflori duodecim; pedunculi tenuiſſimi, germina glabra. Corolla magna, alba, facie interna luteſcens.

Forte varietas uliginoſi L. in aquoſis Loſoſna: Grodnenſis. Florens auguſto, Perennis.

7. Galium minus. Caulis palmaris, ramoſiſſimus, ſubprocumbens. Folia inferiora ſena, lanceolata, glabra, obtuſa; ſuperiora quaterna. Racemi pauciflori. Germina glabra; Corollæ albæ.

Galium ſaxatile L. in herbidis Grodnenſis, Junio florens.

Gallium minus, var. anguſt. foliis.

Mixta cum precedenti: convenit habitu; differt foliis longioribus, linearibus, quaternis plerumque.

Grodnenſis in herbidis, florens junio.

8. Galium verum L. communis, pratenſis; Grodnenſis; Florens junio. Perennis.

Galium lutæum var. racemis paucifloris.

In iſto caulis rotundus, rubeſcens: Folia novem, racemi elongati, anguſti, pauciflori.

Grodnenſis in arvis; Florens Julio.

9. Galium pentandrum. Caulis pedalis, cinereſcens, ramoſus; Ramis hirſutis. Folia latiora, longiora, quam in galio vero, acuminata, acumine albo. Racemi dilatati, pauciflori. Corolla quinquefida, luteſcens. Stamina quinque. Fructus didymus, fere pulpoſus.

An varietas lutæi, Grodnenſis in ſylvis. Florens junio.

10. Galium minimum. Caulis tenuis, vix quadruncialis, ramoſiſſimus, ſubrotundus, cinereus, aſper. Fo-

ſia capillacea; inferiora octona; intermedia ſena. Racemi pauciflori. Corolla lutea magna: Flores quaſi foliis occultati. Fructus nigreſcens, pulpoſus, magnus.

An ſimplex varietas lutæi. Grodnenſis arvenſis. Florens majo. Loſoſna.

11. Galium trinervium. Caulis pedalis, erectus. Folia quaterna, lanceolata, trinervia, glabra. Racemi congeſti paniculum formantes. Corollæ albæ; fructus hiſpidi.

Galium boreale L. communis in Sylvis Grodnenſis perennis. Florens junio.

Galium trinervium, var. nanus.

Vix palmaris, caulis ramoſior, racemi magis dilatati. Verticilli magis approximati, duo folia latiora, duo linearia, racemi ſupra radicem plurimi fere longitudine caulis. Grodnenſis florens junio.

Galium trinervium var. rotundifolium.

Caulis glaber, pedalis, debilis. Folia quaterna, rotundata glabra. Verticilli remoti; nervifoliorum vix viſibiles. Racemi pauciflori: corollæ parvæ, albæ. Germen hirſutum.

Florens junio in Sylvis: in nonnullis folia terna, in aliis tria ovata, quartum lanceolatum.

12. Galium polygamum. Caulis erectus, ſemipedalis glaberrimus, Folia quaterna, glabra, trinervia, ovato lanceolata. Racemi axilares foliis breviores, ſexflori. Corollæ lutcæ, magnæ; maſculinæ, femininæ & hermaphroditæ.

Valantia glabra L. Grodnenſis Sylvatica in humidis Loſoſna. Florens majo, perennis.

13. Plantago minor. Nanus. Folia radicalia ovata, ſubtomentoſa, trinervia, integra aut ſinuata. Scapi plurimi, ſtriati, ſubhirſuti longitudine ſpicæ, ſpica policaris. Calix & bracteæ albeſcentes. Corolla alba brevis.

Conſtans varietas majoris. Grodnenſis. Florens Auguſto in ſtagno deſiccato.

14. Plantago pauciflora. Planta glaberrima, petioli debiles non canaliculati, folia quinque nervia, ſubdentata, glabra, mollia, perlucida, palmaria. Scapi foliis breviores, ſpica pauciflora. Flores non imbricati, remoti, ſpica interrupta.

Accedit ad Aſiaticam L. filia majoris, Grodnenſis in paſcuis. Florens julio.

15. Plantago lanceolata var. ſpicis plurimis ſcapum terminantibus.

Grodnenſis rarior : junio florens perennis.

16. Plantago tomentoſa. Vertex radicis & foliorum baſis lanâ copioſa veſtita. Folia trinervia , lanceolata , hirſuta, longitudine ſcapi. Spica oblonga , brevis.

Plantago 132. Linnæi fl. ſuec : ſat frequens in paſculis Grodnenſis , perennis.

17. Plantago hirſuta. Folia numeroſa lanceolata , erecta , denticulata , aſpera pilis rigidis. Petioli hirſutiſſimi. Scapi numeroſi , anguloſi. Spica cylindrica , longa , aut ovata , brevis , baſi lanuginoſa , ſquammæ tomentoſæ.

Vid. plantago Gerardi flor. prov. p. 333. fig. 12. Grodnenſis , pratenſis , florens julio Loſoſna.

18. Pſylium ramoſum. Caulis ramoſus , erectus , ſubligneſus , hirſutus : ramis folioſis divaricatis. Folia integra , linearia. Spicæ ovatæ , breves , pedunculatæ ; bracteæ lineares. Squamæ ſpicæ hirſutæ , ſiccæ, corollæ luteſcentes.

Plantago Pſylium L. communis , arvenſis. Florens junio , Grodnenſis.

Pſylium ramoſum var. caule herbaceo procumbente.

Pſylium ramoſum var. foliis linearibus dentatis , capitulis folioſis.

Mixtæ cum præcedenti unde provenit plantago cynops linnæi.

19. Cuſcuta minor. Caules tenuiores , filiformes , rubicundi. Squamæ plurimæ , flores pauciores , corolla quinquefida , Stamina quinque , cæterum facies cuſcutæ Europææ.

Cuſcuta Epithymum L. Grodnenſis. Supra galeopſidem : florens julio.

20. Scorpioides hirſutus var. nanus.

Caulis vix policaris ; folia alba, villoſa, non aſpera, lanceolata : Spica pauciflora , corollæ faux ſaturate lutæa.

Scorpiodes hirſutus var. pedunculis axilaribus unifloris.

Folia hirſuta , ſaturate viridia , majora ; caulina approximata ; præter ſpicam paucifloram pedunculi longi , uniflori , axilares. Corollæ majores.

Duæ noſtræ , myoſotis Scorpiodes arvenſis L. Grodnenſis , arvenſis ; florentes Aprili , Majo Annuæ.

21. Bugloſſum aſperum : varietas anguſtifolia.

Habitus officinalis : differt foliis anguſtioribus longioribus ſubdentatis , ſpicis geminis , caulem terminantibus.

Anchuſa anguſtifolia L. rarior Grodnenſis, florens julio perennis.

22. Cynogloſum officinale: var. corollis cæruleis.

Caulis ſemipedalis, tenuior: foliis anguſtioribus, mollioribus onuſtus. Pedunculi breviores, unde flores congeſti.

Grodnenſis: rarior, florens julio, annua.

23. Pulmonaria officinalis L. communis, Grodnenſis, Sylvatica; florens majo, perennis.

Pulmonaria cordatofolia var. flore albo.

Hæc vix palmaris: folia breviora.

Grodnenſis, rarior, florens junio.

Pulmonaria cordatofolio, var. foliis maculatis.

Grodnenſis: rariſſima. Maculæ rariores & minus ſaturatæ quam in Gallia.

24. Pulmonaria anguſtifolia L. Facies præcedentis: folia anguſtiora, lanceolata. Caulis ſemipedalis, ſiccior. Flores cærulei & purpurei.

Grodnenſis, communis, Sylvatica, perennis: florens majo.

Pulmonaria anguſtifolia var. floribus albis.

Communis, Grodnenſis, Sylvatica.

25. Pulmonaria pauciflora. Caulis ſimplex, vix palmaris, ſubhirſutus. Folia radicalia uncialia, ovata, acuminata, læte viridia. Flos unicus terminans: tubus corollæ calyce longior. Corolla rubra ſegmentis ſubrotundis.

An varietas officinalis, Grodnenſis, Sylvatica Florens majo.

26. Symphitum officinale L. communis, Grodnenſis, pratenſis: Florens majo. Perennis.

Symphitum var. foliis latioribus, vix decurrentibus; corollis cæruleis.

Symphitum var. corollis albis, & luteſcentibus.

Grodnenſes, florentes julio, Sylveſtres.

27. Aſperugo procumbens var. tenerior, caule breviori, vix ramoſo, corollis albis.

Grodnenſis rarior, arvenſis florens Majo.

28. Lycopſis ampuloſa, habitus arvenſis; caulis tenuior; bulbi pilorum craſſiores. Folia lanceolata non ſinuata, denticulis raris ornata. Calyx major, corollæ nutantes tubis curvis lutæis; limbis vere irregularibus cæruleo rubeſcentibus.

Accedit ad pullam Linnæi communis, Grodnenſis, arvenſis; florens junio, annua.

29. Echium vulgare L. communis arvenſis, diu florens, Grodnenſis, perennis.

Echium tuberculatum var. flore albo.

Hæc ramoſa, corollis minus irregularibus, caule altiore, craſſiore, videtur Echium Halleri 604.

Echium tuberculatum, var. flore carneo.

Echium tuberculatum var. floribus cæruleis, & rubeſcentibus.

Echium tuberculatum var. caule ramoſo.

Provenit ab elongatione ſpicarum, quæ folia ex ſcapis producunt.

Echium tuberculatum var. ramoſa, foliis ovato lanceolatis.

In iſta caulis nullus generalis. Rami tres aut quatuor a radice, palmares. Folia ovato lanceolata. Flores axilares, ſeſſiles in pleriſque foliis. Spicæ paucifloræ terminales. Corollæ ſaturate cœruleæ, ſegmenta calycis latiora.

Echium tuberculatum var. uniflora.

Tota planta vix policaris; folia lineari lanceolata. Flos unicus terminans caulem. Corolla rubro violacea duplo minor quam in aliis.

Omnes iſtæ varietates circa Grodnam obſervatæ in arvis.

30. Lyſimachia vulgaris L. Grodnenſis, communis, Sylvatica: florens julio, perennis.

Lyſimachia paniculata var. foliis ternis.

Lyſimachia paniculata var. foliis quaternis.

Lyſimachia paniculata var. foliis quinis.

In his tria, quatuor, aut quinque folia ad nodos verticillatim diſpoſita.

Lyſimachia paniculata var. foliis ovato lanceolatis.

In omnibus varietatibus folia ſeſſilia aut ſubſeſſilia integerrima aut ſubſinuata. Racemi pauciflori aut multiflori.

Communes Grodnenſes.

31. Lyſimachia thyrſiflora L. Caulis ſimplex, vix pedalis, baſi circa nodos radiculas producens. Folia oppoſita ſeſſilia, remota, anguſta, lanceolata; pagina inferiore ſubvilloſa, albeſcentia. Racemi axilares foliis breviores, lateraliter naſcentes ex axilis foliorum inferiorum. Corollæ luteſcentes; laciniis anguſtis vix linearibus vixque baſi coalitis; apicibus macula crocea notatis.

Grodnenſis, paludoſa communis Lipska : florens junio, perennis.

Lyſimachia thyrſiflora var. corollis ſeptem fidis.

Stamina ſeptem, corolla longiora. Folia calycis ſeptem. Thyrſus in utraque minimus vix policari longitudine.

Mixta cum priori. Florens junio.

32. Trientalis alſinæflore. Caulis palmaris, nudus. Folia lanceolata; inferiora minora. Inter folia pedunculi uniflori, pauci: unus aut alter. Calyx foliolis quinque formatus; corolla alba, plana; quaſi ex ſeptem petalis formata, baſi vix unitis. Stamina ſeptem. Capſula rotunda.

Trientalis Europæa L. communis, Sylvatica; Grodnenſis. Florens majo, perennis.

Sequentes inveni varietates: 1. Corolla quinquefida, 2. Sexfida, 3. Octofida cum totidem ſtaminibus, 4. Uniflora, 5. Biflora, 6. Triflora, 7. Caule in medio uno folio ornato. In eodem loco ſegmenta corollæ acuta & obtuſa.

33. Menyanthes trifoliata. Communis in paludibus. Grodnenſis, florens à Majo ad Julium, perennis.

Variat foliis ovatis aut lanceolatis, majoribus aut minoribus, æqualibus aut inæqualibus, integerrimis aut ſubſerratis, corollis albis, carneis, rubris, racemo elongato aut contracto.

34. Gentiana Pneumonanthe L. Grodnenſis ſat frequens in Sylvis: Loſoſna florens Septembri, perennis.

Pneumonanthe anguſtifolia var. foliis latioribus, floribus ſeſſilibus.

Sæpe in iiſdem ſpeciminibus folia ſunt linearia & lato lanceolata; flores inferiores petiolati, ſuperiores ſeſſiles. Mixta cum præcedenti.

35. Gentiana Centaurium L. Grodnensis arvenſis, communis, florens Junio, annua.

Centaurium umbellatum var. ramo fiſſima.

Rami axillares, oppoſiti; caulis pedalis. Folia majora; corollæ carneæ.

Arvenſis Grodnenſis, Florens Septembri, annua.

Centaurium umbellatum var. Floribus albis.

Sat frequens in arvis, Florens Auguſto. Centaurium paluſtre minimum flore inaperto. *Vail.* pariſ. tab. 6. fig. 2. inveni in ſtagno prope Novogrodok.

36. Solanum dulcamara L. Sylvatica, Grodnenſis frequens, florens Junio, perennis.

Dulcamara lignoſa var. floribus albis.

Rarior , Sylvatica , Grodnenſis Loſoſna , florens Julio.

Dulcamara Lignoſa var. Foliis omnibus haſtatis.

In iſta folia omnia exhibebant baſi auriculas duas inæquales.

Grodnenſis rara in Sylva Grandzicze.

37. Convolvulus arvenſis L. communis in arvis , Grodnenſis , diù florens a Junio ad Auguſtum , perennis.

Varietates ſequentes vidimus circa Grodnam : 1. Caule ramoſo , 2. Foliis apice obtuſis , 3. Baſi vix ſagitatis , 4. Corolla roſea , 5. Corolla purpurea.

38. Asclepias vincetoxicum L. communis , Sylvatica , diu florens , a Junio ad Auguſtum , perennis. Radix aromatica , acris.

Asclepias alba var. Foliis inferioribus rotundis omnibus villoſis , Grodnenſis , Sylvatica frequens.

39. Polemonium Valerianæfolio.

Caulis tripedalis , ramoſus. Folia pinnata : foliolis ovato lanceolatis , integerrimis , per paria decena , extremo impari. Flores racemoſi , glomerati terminantes. Calyx campaniformis. Corolla campanulato rotata , ſaturate cærulea ; baſes filamentorum latæ , fundum corollæ claudentes ; inde germen inferum : capſula trilocularis , ſupera.

Polemonium cæruleum L. communis in Sylvis , Grodnenſis ; diu florens a Junio perennis.

Polemonium valerianæfolio var. Caule ſimplici , paucifloro.

Præcedenti in omnibus partibus minor , racemo ſimplici , paucifloro , terminante , foliis valde remotis , unde facies propria videtur ; ſoboles primi anni , Grodnenſis.

Polemonium valerianæfolio var. Floribus albis.

Iſta ramoſiſſima, caule craſſiore , foliolorum paribus numeroſioribus ad ſexdecim. Corollis in uno ſpecimine omnibus albis , in alio albis , & cæruleis , in variis ramis.

Progenies terræ vegetabilis pinguis. Loſoſna in depreſſis locis. Grodnenſis. Omnes variant foliolo impari , bifido , trifido , quinquefido.

40. Campanula rotundif. var. Hederulæfolio.

Caulis ſimplex , palmaris , folia inferiora petiolata quinque loba ; Intermedia lineari lanceolata , dentata ,

ſuperiora linearia. Flos unicus terminans caulem ; corolla ſemiuncialis, cærulea.

Campanula rotundif. var. Reniformifolio.

Differt foliis inferioribus baſi excavatis, latioribus quam longis, crenatis ; intermediis ovato lanceolatis, ſerratis ; in medio caule lanceolatis, ſerratis, ſupremis linearibus. Floribus paucis 4. aut 5. pedunculis axilaribus.

Campanula rotundif. var. ovato folio.

Pedalis differt foliis radicalibus ovatis, crenato dentatis.

41. Campanula linifolia var. foliis radicalibus reniformibus.

Differt caule pedali, ramoſo, cæruleſcente : foliis caulinis, confertis, linearibus integris, ſublanceolatis, radicalibus reniformibus crenatis, diametri octo linearum. Pedunculis biſloris, triſloris ; floribus majoribus, variat flore albo.

Campanula linifolia var. Foliis radicalibus ovato lanceolatis.

Differt foliis policari longitudine ; baſi producta in petiolo, inferius dentato ſerratis, a medio ad acumen integerrimis ; floribus minoribus violaceis, ſub racemoſis, racemis quinqueſloris numeroſis.

Vix omnes poſſunt referri ad rotundifoliam Linnæi.

Grodnenſes in Sylvis, communes, diu florentes, a Junio ad Octobrem, perennes.

42. Campanula patula var. flore albo.

Campanula patula var. flore purpuraſcente.

Campanula patula var. foliis caulinis inferioribus ovalibus crenatis aut ſerratis, decurrentibus.

Campanula patula var. caule ſimplici, ſulcato. Pedunculis uniſloris, floribus paniculatis, patulis.

Campanula patula var. caule ſimplici, pedunculis triſloris, foliis pulchre lilaceis.

Cum primaria : Sylveſtres, florentes Junio.

43. Campanula coarctata.

Facies præcedentis ; caules plurimi, anguloſi, ſcabri, cubitales, ſimplices. Folia radicalia ſpatulata ; caulina latiora quam in præcedenti quaſi lingulata, ſaturate viridia, glabra, undulata. Racemi florales, plurimi, axilares, coarctati. Corollæ minores, numeroſiores.

Videtur var. rapunculi L. Grodnenſis, florens Junio, in Sylvis prope Niemen.

44. Campanula perſicifolia var. Foliis radicalibus lanceolatis, duplo longioribus, pedunculis brevioribus, floribus minoribus, longam ſpicam formantibus.

Campanula perſicifolia var. Caule unifloro, foliis integerrimis, rubeſcentibus.

Campanula perſicifolia var. maxima, latifolia.

In iſta caules quatuor pedales; folia inferiora magnitudine & forma, folia amygdali referentia; caulina longitudine palmari, octo linearum lata. Pedunculi paſſim tres ex una axilla. Corollæ majores ſaturate cæruleæ.

Communes in Sylvis Grodnenſes, florentes Julio ultima Septembri.

45. Campanula ſpecioſa. Facies præcedentium; ſed flores majores; pedunculi triflori, gradatim aſcendendo paniculum ſplendidum formant. Calyces hirſuti, pilis compoſitis rigidis albiſſimis. Folia duriora, ſubaſpera.

An adhuc varietas perſicifoliæ; crederem paſſim enim video in iſta calyces hirſutos.

46. Campanula Suaveolens. Caulis ſimplex, quinque pedalis. Folia inferiora petiolata, ovata: caulina inferiora brevi petiolata, lanceolata, dentato ſerrata: Superiora anguſtiora, acute ſerrata: floralia integerrima: Intermedia longitudine quatuor policum, latitudine unius: omnia glabra. Flores paniculati, paniculo pedali. Ramuli florales octo, ſex, quatuor flori. Flores parvi, nutantes. Corollæ campanulatæ, elongatæ, albæ, ſuaveolentes.

Grodnenſis in Sylva Grandzicze: Florens Auguſto, perennis; radix dulcis lateſcens.

Campanula ſuaveolens var. Flore cæruleo.

Differt foliorum ſerratulis inæqualibus, majoribus ſubvilloſis, racemis floralibus uni & bifloris: pedunculis longioribus: floribus cæruleis paulo minoribus: paniculo anguſtiori.

Cum præcedenti eodem die florens perennis: utraque videtur lilifolia Linnæi.

47. Campanula rigida. Caulis vix pedalis. Folia radicalia petiolata, cordata, parva, dentata; caulina ovato lanceolata, dentato ſerrata: ſuperiora anguſta: Omnia dura ſubhirſuta, cinereſcentia. Rami floriferi ex axillis inferiorum, aut nulli. Pedunculi uniflori, breves: flores ſecundi. Corollæ mediocres.

Grodnenſis, Sylvatica juxta Niemen, florens Junio vid. rhomboidalis Linnæi.

48. Campanula trachelium L. Grodnenſis, communis in Sylvis, diu florens a Junio ad ſeptembrem, perennis.

Campanula urticæfolio var. Foliis ovato lanceolatis, profunde dentatis, calycibus vix ciliatis, pedunculis unifloris, bifloris & quinquefloris.

Campanula urticæfolio var. Caule erecto. ramoſiſſimo, foliis ovato lanceolatis, vix petiolatis; floribus inferioribus racemoſis, ſuperioribus axillaribus; pedunculis unifloris, bi aut trifloris.

Accedit ad Bononienſem.

Campanula urticæfolio var. Caule violaceo, vix piloſo. Foliis breviter petiolatis, ovato lanceolatis, maximis, profunde dentatis, pedunculis racemoſis, quadrifloris.

Campanula urticæfolio var. caule ramoſo, ramis dichotomis; pedunculis unifloris; Floribus ſecundis; foliis Floralibus longiſſimis; calycibus onuſtis pilis ramoſis, albiſſimis, denſis.

Hæ varietates & aliæ omiſſæ communes in Sylvis prope Grodnam; forte inter iſtas latent nonnullæ vere ſpecies ulteriori examine ſcrutandæ.

49. Campanula betonicæ folio. Caulis rotundus, hirſutus, ſimplex, pedalis. Folia rara, quatuor remota, longe petiolata; inferiora linguiformia, baſi ſubcordata; ſuperiora ovato lanceolata, omnia crenulata, hirta, cinereſcentia. Flores pauci, duo axillares, terminantes. Calyx hirſutus; corolla cærulea mediæ magnitudinis.

Grodnenſis Sylvatica, florens Auguſto.

50. Campanula filiformis. Caulis ſimplex, filiformis, tenuiſſimus, debilis, villoſus. Folia Radicalia, longiſſimo petiolo donata, reniformia, crenata, figura, & magnitudine hederæ terreſtris; caulina petiolata, ovato lanceolata, crenato ſerrata; floralia lanceolata: omnia ſubhirſuta. Pedunculi axillares, uniflori, breviſſimi. Calyces vix hirſuti. Corollæ parvæ, cæruleæ: flores erecti.

Campanula filiformis var. uniflora.

In iſta; corolla duplo major, folia radicalia ovata.

Simul florebant Octobri Loſoſna.

51. Campanula pyramidalis. Caulis quatuor, & quinque pedalis, ſimplex rotundus, hirſutus. Folia inferiora magna, petiolata, cordato ovata, crenata; margine cartilagineo; intermedia brevi folioſo petiolo donata, ovata acuminata; ſuperiora ſeſſilia; omnia ſubhirſuta: flores racemoſi; racemi breves; octo, ſexflori, alterni, aproxi-

mati, erecti, inde paniculus coarctatus, fere bipedalis. Calyces glabri: corollæ campanulaceæ, anguſtæ, mediocres, violaceæ, aut cæruleæ.

Grodnenſis in Sylva Wulmeri, & alibi, florens Auguſto. Mihi videtur Mater Pyramidalis Linnæi, culta in horto amiſit hirſutiem, majoresque flores exhibuit.

52. Campanula glomerata var. Nana. Vix caulis quadruncialis, rubeſcens: petioli foliis duplo longiores, rubri. Folia cordato ovata, acuminata, crenata. Corollæ cæruleæ majores.

Grodnenſis Florens Maio in paſcuis.

Campanula glomerata var. Autumnalis.

Caulis pedalis. Folia ovato lanceolata, raris dentibus breviſſimis ornata, baſi in petiolo prolongata. Flores tres, aut quatuor in axillis omnium foliorum amplexicaulium. Corollæ ſaturate cæruleæ violaceæ.

Grodnenſis florens Octobri in Sylvis.

Campanula glomerata var. Floribus albis.

Campanula glomerata var. Caule ramoſo.

Campanula glomerata var. Caule bifurcato; foliis amplexicaulibus, ſuboppoſitis: flore uno in axillis foliorum inferiorum.

Campanula glomerata var. Paniculata.

Caulis ramoſiſſimus; tredecim rami gradatim aſcendentes. Flores nulli in axillis foliorum. Glomeruli multiflori terminant omnes ramos, medio caulino majori. Florebant in Sylvis ſupra Niemen Julio.

53. Campanula cervicaria L. communis in Sylvis Grodnenſis Loſoſna, florens junio, perennis.

Campanula Echiifolio var. Foliis anguſtioribus, integerrimis, caule rubente.

Campanula Echiifolio var. glomerulo florum terminali, elongato, corollis albis, margi nibus foliorum undulatis; crenulis maximis remotis.

Campanula Echiifolio var. glomerulo florum terminali, complanato, umbellato maximo, Corollis niveis. In iſta Flores nulli ex axillis foliorum concavorum, quorum loco folia erumpunt.

Campanula Echiifolio. var. multiplicata.

In iſta Caulis quatuorpedalis. Folia caulina ovato lanceolata, longa integra. Foliorum axillæ Foliferæ & floriferæ. Glomeruli florum tam multiplicati ut ſpicam pedalem exhibeant.

Campanula Echiifolio var. Thyrſoidea.

Caulis ſimplex, pedalis, caſtaneus, raris pilis hiſpidus; folia anguſtiora, tomentoſa vix crenata, numeroſiora. Faſciculus Florum quatuor policum longus, craſſiſſimus; in numero (centum & ultra Flores exhibens) terminat caulem. Corollæ ſaturate cæruleæ.

Crederem filiam Tyrſoideæ Linnæi.

Omnes præcedentes varietates in Sylvis prope Grodnam obſervatæ.

54. Jaſione montana L. communis in arvis Grodnenſis, diu florens a Junio, ad Auguſtum, annua. Numerus dentium foliolorum calycis communis, & foliolorum ipſorum, diverſus in variis ſpeciminibus; Folia modo ſerrata, modo undulata, obtuſa aut acuta; calycis proprii dentes quinque aut ſex: petala etiam ſex video. Sequentes varietates conſtantiores ſunt.

Jaſione ſcabioſæ capitulo. var. nana.

Vix palmaris, caule ſimplici, foliis magis hirſutis. Stamina pleraque libera.

Jaſione ſcabioſæ capitulo. var. Ramis ſubdiviſis. In iſta caulis bipedalis, ramoſiſſimus glaberrimus; rami plurimos ramos floriferos producentes. Folia etiam glabra, integerrima; inferiora ſpatulata. Flores ſaturate cærulei.

Jaſione ſcabioſæ capitulo var. Floribus albis. Caules ex radice quinque ſimplices, quatuor brevioribus curvis, hirſuti pedales. Folia villoſa, albeſcentia, latiora. Corollæ albæ: foliola calycis communis villoſa, alba.

Conſtans a quatuor annis, obſervata: florens Junio in Sylvis juxta Niemen.

55 Jaſione umbellata. Caulis ſemipedalis, rubeſcens. Folia ſinuata; calycis communis foliola rubeſcentia, latiora, ovata, ſaltem viginti. Centum ſaltem pedunculi, inæquales, longitudine unius policis & dimidii, ex communi calyce orti formant umbellam concavam. Petala violaceo nigreſcentia. Calyx proprius coloratus purpuraſcens.

Grodnenſis prope Sylvam Wulmeri, florens Julio. An ſimplex varietas?

56. Moſchatelina fumariæfolio. Caulis ſimplex, vix palmaris. Folia glauca, tenera; radicalia duo aut tria; omnia terna: foliola multifida, lobis rotundatis; caulina duo aut tria, remota a fructificatione, oppoſita aut verticilata. Flores minimi, quinque terminantes caulem. Quatuor cubum formant, impari ſuper impoſito. In im-

pari ſtamina octo, in aliis decem. In quinto corollo quadrifida; in aliis quinquefida; Corollæ virides. Calyx bifolius aut trifolius inferus: bacca quadri aut quinque locularis calyce coalita.

Adoxa Moſchatelina L. communis Grodnenſis, in umbroſis humidis: Loſoſnæ Florens Aprili, perennis.

Sequentes inveni varietates: 1. Septem & octo Flores in capitulo. 2. Stamina undecim & duodecim in floribus lateralibus. 3. Foliis radicalibus nullis. 4. Caulinis nullis Caulibus quatuor ex una radice. Plura ſpecimina collecta Moſchi lenem ſpargunt odorem.

57. Malva rotundifolia L. Grodnenſis communis juxta vias florens Julio, perennis. Variat floribus cæruleis & albis, foliis ſeptem lobis. Paſſim video nanum vix palmarem foliis rotundis, diametri quatuor linearum.

58. Malva Sylveſtris L. communis juxta vias Grodnenſis, perennis: Florens junio. Invenio paſſim foliola quatuor calicis externi, pedunculos multifloros; folia ſæpe ſeptem loba, corollas cæruleas & albas.

59. Malva alcea L. communis in Sylvis, Grodnenſis, Florens Julio: perennis. Variat foliis ſuperioribus vere digitatis, foliolo intermedio palmato, quinque lobo, in aliis foliola palmata foliolis fere integris, foliorum dentes varii quo ad numerum & magnitudinem. Sæpe video pedunculos unifloros, axilares; plerumque calix exterior quadrifolius, paſſim corolla ſexpetala exhibet laciniata.

MONOPETALÆ IRREGULARES.

60. Lycopus Europeus L. Florens Julio in aquoſis; Grodnenſis, Juxta Niemen communis, perennis.

Obſ. Hæc ſpecies ſingulariter foliatione variabilis, modo folia baſi pinnata, reliqua parte laciniata; modo integra vix dentata, modo ſinuata: plerumque ſeſſilia: paſſim ſubpetiolata, hirſuta ſunt aut fere glabra. Noſtra plerumque exhibet folia marginibus breviter hirſuta.

61. Mentha Sylveſtris L. Florens in aquoſis prope Grodnam Auguſto: perennis, paſſim invenitur flore albo.

62. Mentha aquatica L. communis in aquoſis prope Grodnam Loſoſna, & alibi, Florens Auguſto perennis. Sæpe in axillis inferioribus flores racemoſi, pedicellis diſtinctis. Variat caule ſimplici & ramoſiſſimo, caule, & foliis coloratis, rubeſcentibus.

63. Origanum vulgare L. variat flore albo, spicis subrotundis aut quadratis. Florens Julio communis in omnibus Sylvis prope Grodnam perennis. Aromatica acris.

64. Thymus serpilum L. communis in pascuis & juxta vias prope Grodnam: Florens Majo, perennis. Aromatica subacida, oleosa, acris.

Sequentes inveniuntur varietates in arvis Grodnensibus: 1. Thymus major Caulibus pedalibus, foliis majoribus, ramis erectis. 2. Thymus minor corollis albis. 3. Thymus minor corollis carneis. 4. Thymus foliis rubescentibus. Non semper folia sunt basi ciliata.

65. Glechoma repens var. minor. Frequentius prope Grodnam: vix palmare, minus reptans; folia colorata: minora.

66. Dracocephalum Ruschiana L. communis prope Grodnam in omnibus Sylvis juxta Niemen florens Junio perennis.

Dracocephalum Ruischiana var. foliis linearibus. Caulis semipedalis saturate violaceus, tenuior. Folia breviora; Caulina vix unius lineæ lata; minora seu ramorum axillarium setacea: spica terminalis: Calyces saturate violacei, & bracteæ similis coloris. Corollæ paulo minores, violaceæ.

Etiam communis in marginibus Sylvarum florens Junio, perennis. In plurimis speciminibus spica non est compacta, sed verticilli inferiores ab aliis quatuor linearum remoti.

67. Galeopsis grandiflorum. Caulis tripedalis, folia g. tetrahir. Calyx brevior, magis campanulatus. Flos calyce quadruplo major, saltem uncialis, colore luteo, medio segmento labii inferioris purpureo.

Communis prope Grodnam in arvis cultis florens junio est galeopsis 269 Halleri Hist.

68. Leonurus quinquelobat. Caulisus bipedalis, & brevior, hirsutus, crassus, ramosus. Folia petiolata, inferiora, & caulina subpeltata in quinque lobis profunde incisa, rotunda, quoque lobo iterum inciso, & dentato, superne viridi nigrescentia inferne albescentia, villo brevissimo. Folia floralia triloba, cuneiformi, lanceolata; lobis dentatis. Flores verticillati, sessiles, dense congesti, parvi. Calyces hirsuti; corollæ carneæ, villosæ: Galea fornicata barba iineis purpureis tincta: Antheræ magnæ antice luteæ tuberculosæ, postice

punctis nitidis perlucidis adſperſæ.

Florens Julio communis inter rudera Grodnæ militat inter leonurum tartaricum & marubiaſtrum L.

69. Leonurus glaber. Caulis quatuor pedalis, angulis rotundatis, glaber, læte viridis: folia læte viridia, ſub glabra, ſeu vix hirſuta, petiolata, petiolis alatis folioſis, trilobata, læte viridia: Lobis longiſſimis lanceolatis, intermedio bidentato, lateralibus integerrimis, falcatis. Calyces glabri. Corollæ carneæ, villoſæ, brevioribus pilis: barba ſaturate purpurea.

Inter rudera prope Grodnam florens Octobri. Mihi videtur nova ſpecies, ulterius illuſtranda.

70. Prunella vulgaris L. communis prope Grodnam in ſylvis & paſcuis: Florens a junio ad Auguſtum, perennis.

Sequentes invenimus varietates.

1°. Prunella minor. Caulis vix triuncialis. ſimplex. Folia inferiora obtuſa, linguiformia. nullo modo dentata. Caulina duo paria, lanceolata, integerrima, hirſuta. Spica florum foliis ſubjectis longior, multiflora. Corollæ ſaturato cæruleæ.

Florens Auguſto prope Grodnam in ſylva Wulmeri.

2°. Prunella foliis intermediis laciniatis.

3°. Prunella caule, & foliis hirſutis.

4°. Prunella flore rubro.

5°. Prunella flore albo.

Sat frequentes præterultimam in Sylvis prope Grodnam.

71. Caſſida minor. Radix rubra, tenuis, ad magnam diſtantiam ex nodis radiculas capillaceas emittens. Caulis baſi procumbens, tenuiſſimus, vix palmaris, ſaturate violaceus, ſtriatus. Folia inferiora ſubſeſſilia: intermedia breviter petiolata, cordato lanceolata, ſerrata ſerratulis obliquis, remotis. Ex quoque folio intermedio ramus triuncialis folioſus & floriferus. Flores bini axilares duplo minores quam in galericulata, ſaturate purei ſeu violacei, tubo carnei coloris.

Communis prope Grodnam in aquoſis juxta Niemen & juxta amnem Loſoſna, flor. Julio. Eſt ſcutellaris minor L.

72. Ajuga reptans Var. floribus albis & purpureis.

Bugula reptans var. Spica interrupta.

Folia caulina anguſtiora, quaſi cuneiformia, dentato ſerrata. Florum verticilli omnes, policari intervallo remoti: præſertim inferiores. Caulis altior debilior.

Grodnenſis

Grodnenſis in arvis florens Junio.

73. Ajuga pyramidalis, L. Florens Maio, communis prope Grodnam in Sylvis. Variat etiam flore albo.

Bugula pyramidalis var. Major ſpica interrupta.

Caulis bipedalis, baſi fere glaber; folia inferiora minora, dentata; intermedia majora. Florum verticilli omnes inter ſe remoti, corollæ cæruleæ.

In Sylvis prope Grodnam florens Junio.

74. Ajuga nana. Caulis erectus, ſimplex, tomentoſus, vix triuncialis. Folia inferiora ovata, ſeſſilia, integerrima: intermedia ovato lanceolata, dentata: Dentibus raris, ſubhirſuta. Bracteæ lanceolatæ, virides, dentatæ. Flores tres tantum, remoti in ſummitate caulis. Corollæ cæruleæ magnæ.

Grodnenſis florens Junio in arvis. Videtur filia pyramidalis.

75. Bugula tomentoſa. Habitus pyramidalis. Caulis tenuior, albo tomento veſtitus. Folia rotundiora, dentibus majoribus hirſuta, calyces hirſuti, corollæ rubræ.

Eſt ajuga Genevenſis L. communis in Sylvis prope Grodnam Florens Julio. Vix ſat differt a pyramidali.

76. Veronica maritima. Caulis tripedalis, erectus, ſimplex. Tria folia ovato lanceolata inæqualiter ſerrata ad nodos verticillatim diſpoſita, petiolata: petioli uniti baſi caulem coronantes. Spicæ florum plures terminantes, plerumque tres, una longior, intermedia, quinque pollicum longitudine. Flores innumeri; calyx parvus, ſegmentis æqualibus anguſtis. Corollæ cæruleæ, diametri quinque linearum. Antheræ elongatæ. Stamina corolla longiora.

Florens diu, Auguſto. Communis in omnibus Sylvis prope Grodnam: perrennis.

77. Veronica maritima var. Quadrifolia, latifolia. Caulis quadripedalis, rubro nigreſcens a baſi ad ſummum. Quatuor folia petiolata, petiolis uncialibus, verticillatim diſpoſita, cordato ovato lanceolata, inæqualiter ſerrato dentata, latitudine quatuordecim linearum, longitudine quatuor policum, dentibus magnis, duabus ſerratulis inciſis. Racemi foliorum minimorum axillares. Flores ſpicati, ſpicæ novem; quatuor ex penultimo foliorum verticillo, quatuor aliæ ex ultimo, duo paria remota foliorum lanceolatorum in ſcapo ſpicæ. Spica impar longior, craſſior. Corollæ magnæ cæruleæ.

Obſ. Certat inter Sibericam & Virginianam. Phraſis Virginianæ Linnæana rigoroſe convenit noſtræ: attamen credo adverſam. Erit ne ſimplex varietas maritimæ, tunc Siberica

Virginiana & ſpuria ad eamdem ſpeciem pari jure revocandæ. In horto introducta portentoſe luxuriat, tunc folia ſeptena majora, ſpicæ longiores, caulis ſexpedalis.

Florens Julio in Sylvis prope Grodnam, juxta Fluvium Niemen, perennis.

78. Veronica maritima var. Foliis binis & ternis villoſa. Facies maritimæ; caulis villoſus, tripedalis. Folia plurima, petiolata, per paria diſpoſita; raris dentibus ſimplicibus obliquis inciſa, baſi acuminata, producta in petiolo lateraliter utroque latere excavato, ſectione ſemicirculari. Spicæ breviores, tenuiores, quinque terminantes. Corollæ albeſcentes. Florens Julio in Sylvis prope Grodnam Loſoſna, perennis.

79. Veronica verticillata var. Anguſtifolia. Caulis tripedalis, folia tria petiolata ad nodos anguſta lanceolata, ſerrata; ſerratulis ſubæqualibus minimis, albeſcentia, quinque linearum baſi lata, quatuor policum longa. Spicæ terminantes novem impari duplo longiori. Folia nulla ad baſim ſcaporum ſpicarum, ſeu ſpicæ laterales octo, non ſunt axillares.

Obſ. Lente caules, & folia obſervata, exhibent glandulas albeſcentes, denſas, villis terminatas. Corolla relative ad plantam major, quam in præcedentibus. Difficile eſſet ſtatuere, an ſit ſimplex varietas maritimæ? aut ſpecies diſtincta. Linnæus ipſemet dubia non tollit, ſtatuendo characteres ſpecificos. Accedit ad ſpuriam Linnæi. Florens Julio circa Grodnam, in Sylvis Bobrowſzczyna, perennis.

80. Veronica ſpicata var. ſpica prolifera. Folia radicalia duo, petiolata, majora quam in Præcedenti, vere crenata, linguiformia, obtuſa: crenulis ciliis crebrioribus onuſtis. Caulis vix triuncialis, ſpica compoſita terminatus. Inferior ſpica fructifera, quadriuncialis, ex apice illius duæ ſpicæ ejuſdem longitudinis florentes.

Florens Julio in arvis prope Grodnam.

81. Veronica ſpicata major. Caulis bipedalis erectus nigreſcens, ſubvilloſus. Folia oppoſita, per paria remota; inferiora petiolata, lato petiolo baſi caulem amplectentia, lanceolata, ſex linearum lata, octodecim longa, præter petiolum ſexlinearem, crenata, ſerrata crenulis inæqualibus, fine plerumque obtuſa baſi, in petiolum decurrente: intermedia, & ſuperiora ſeſſilia baſi anguſtiora; omnia ſubhirſuta ſcabra. Flores inferiores axillares alternæ; quatuor, aut quinque a ſpica remotæ. Spica una denſa

triuncialis, terminans caulem. Flores ſeſſiles, calycis ſegmenta æqualia, hirſuta, anguſta. Bracteæ lineares hirſutæ. Corollæ cæruleæ.

Obſ. Certe phraſi, & deſcriptioni hybridæ Linnæi, convenit; ſed noſtra altior, nullam vidi figuram, quæ bene illam exprimat.

Florens Julio in Sylvis prope Grodnam perennis. Loſoſna.

82. Veronica ſpicata var. Major foliis oppoſitis, ternis & alternis Radix lignoſa, nodoſa. Caulis ſeſquipedalis. Folia plerumque alterna, inferiora tantum oppoſita, baſi anguſtiora. Intermedia, terna ad nodos, omnia lanceolata, ſerrata, aſpera. Spica unà terminans caulem, longior. Corolla cærulea.

Florens Julio in Sylva Wulmeri prope Grodnam.

Obſ. Facies præcedentis unde ſola varietas; ſed ſingularis, ex qua concludendum quali fragili fundamento pleræque ſpicatæ diſtinguantur.

83. Veronica longifolia L. Caulis ſeſquipedalis, rotundus, rubore vinoſo albeſcente tinctus. Folia oppoſita, petiolo ſemipollicari prædita: inferiora ovato lanceolata, unius pollicis lata, trium longa, acuminata, baſi in petiolo prolongata, per paria aſcendendo ſenſim anguſtiora, inde ſuperiora lanceolata, floralia linearia; Omnia ſerrata, ſaturate viridia, ex axillis duorum, aut trium ultimorum parium, quatuor, aut ſex ſpicæ florales, longitudine duorum pollicum, ſpica major & craſſior terminat caulem. in axillis foliorum inferiorum, Racemi breves, foliofi. Calix hirſutus. Corolla magna quinque linearum diametri, plerumque carnea.

Obſ. Bracteæ, & pedunculi ſpicarum & pedicelli tomento denſo albo onuſti, lente criſtalina in foliis, & caule obſervantur breviſſimi, & denſi pili albi: glandulæ ſuſtinentes pilos, diſtinguuntur tantum in caule.

Sat frequens in ſilvis prope Grodnam juxta Niemen florens Julio.

84. Veronica incana L. Caulis erectus, villoſo hirſutus, albeſcens, rotundus, octo pollicaris, ſimplex. Folia inferiora petiolata oppoſita, lanceolata, in petiolorum media parte decurrentia, crenata, obtuſa, hirſuto villoſa, marginibus, & lamina inferiori albeſcentia. Folia caulina intermedia, ſeſſilia, obverſe lanceolata, ad baſim petioli decurrentia, apice obtuſiora; ceterum radicalibus ſimilia,

rarius crenata : Superiora folia anguſtiora , integerrima. Flores ſpicati , ſpica terminali quatuor policum longa , flores breviſſimis pedunculis alterni , ſubremoti , ſeu non denſe congeſti. Bracteæ hirſutæ lineari lanceolatæ. Calyx hirſuto villoſus. Corollæ cæruleæ : tubus brevis , inflatus. laciniæ lineares. Stamina longa : antheræ magnæ ex duobus folliculis ſeparabilibus , albo cæruleæ.

Obſ. Quando cum ſpecimine Siberico noſtram contulimus , ſupervenit dubium : noſtra enim minus incana apparet ; ſed notula Linnæi diſſipavit cito anxietatem. Dixit enim , hæc in cultis deponit albedinem tomenti , minuſque tomentoſa fit. Hort. upſ. 17. Quæ obſervatio evidentior evadit aſſertione perſpicacis Gmelini : Caulis , inquit , & folia ſemper lanuginoſa , colore nunc magis in album , nunc magis in viridem vergente. Flor. Siber. Tom. III. pag. 220.

Florens Auguſto in Sylva prædii Brigitarum Kochanow , prope Grodnam perennis.

Animad. Ante plenariam evolutionem floris , corolla videtur plena propter antheras aproximatas , & convolutionem ſtaminum. Cæterum collata Veronica incana cum ſpicata , maxima inter utramque habitu adeſt analogia.

85. Veronica galeopſis folio. Caulis erectus , curvus , cinereſcens , tenuis , ſplendens , tripedalis , ſimplex. Folia inferiora , & intermedia oppoſita , remota , petiolata , petiolis ſemiuncialibus canaliculatis , ſubcordato ovato elongata , acuminata , inequaliter ſerrata , ſerratulis acumine terminatis , læte viridia , latitudine pollicis unius , longitudine duorum , & decem linearum , baſi folii in petiolum decurrente : Superiora lanceolata , anguſtiora. Bracteæ lineares , breves. Flores ſpicati , racemoſi , pedicellis duarum linearum longis , alterni , diſtincti , ſeu ſpica rara una , terminali , brevi , vix duorum pollicum longa. Calyx ſæpe trifidus. Corolla plerumque trifida. Tubo longitudine ſegmentorum. Stamina tria longiſſima duplo corolla longiora. Antheræ albæ , didimæ poſt polinis ſecundationem fulvæ. Stilus ſtaminibus longior. nulli racemi folioſi ex axillis foliorum. Capſula cordata , emarginata.

Florens Auguſto in Sylva prædii Brigitarum Kochanow , perennis.

86. Veronica galeopſis folio var. ſpicis longiſſimis. In iſti rami folioſi ex axillis foliorum. Spicæ duæ aut tres terminantes , longiſſimæ , policares , tortuoſæ , floribus rem

tis distinctis, Folia saturatius viridia, evidentius basi cordata. Corollæ omnes tetrafidæ.

Florens Septembri in Sylvis prope Grodnam juxta Niemen, perennis.

87. Veronica galeopsis folio. var. pauci flora. Caulis bipedalis, erectus, villosus. Folia petiolata, petiolis foliis brevioribus, villosis, opposita per paria ascendendo, cruciatim dispositа, cordato ovata acuminata, serrata serratulis inæqualibus, subtus albescentia, pubescentia, supra læte viridia, latitudine ad basim septem linearum, longitudine septemdecim. Superiora folia ovato lanceolata. Racemi breves, folioši, ex axillis foliorum caulis. Racemus terminans caulem brevis octo linearum, pauciflorus quatuor aut quinque. Bracteæ nullæ. Calyx tetraphillus, foliolis inæqualibus, glabris. Tubus corollæ albescens segmentis longior. Segmenta æqualia, angusta saturate cærulea. Stamina duo longitudine segmentorum corollæ. Antheræ cæruleæ maximæ.

Florens Septembri in Sylva prope Grodnam ultra Niemen fluvium.

Obs. Habitu similis præcedenti, differt foliis minoribus, evidentius cordatis hirsutis, racemo brevissimo, brevitate filamentorum. Utriusque conferantur descriptiones.

88. Veronica serpilifolia. *Obs.* specimina frequentiora dant folia quinque linearum latitudine, octo linearum longitudine, sæpe fere rotunda; unde provenit Veronica repens nummulariæ folio Dillenii. Specimina inveni radice simplici, caule triunciali simplicissimo, foliis vix duarum linearum longis.

Florens Maio prope Grodnam in herbidis juxta fluvium Niemen, etiam vidi florentem Junio, vix crederem annuam; sæpe inveni radices, et basim caulium sublignosas.

89. Veronica spicato racemosa. Radix tenuis, sublignosa nigrescens ad nodos remotos radiculas emittens. Caulis semipedalis, tenuis, glaber, erectus, simplicissimus, lutescens. Folia opposita, per paria remota, plerumque tantum quatuor; duo paria inferiora petiolata, ovato lanceolata, læte viridia, plerumque integerrima passim raris serratulis vix visibilibus incisa: Duo paria intermedia sessilia; versus summum tria folia alterna, remota, lanceolata, omnia tenera. Flores spicato racemosi, terminantes caulem. Spica biunciali. Pedicelli inferiores, et

ſuperi breviſſimi, intermedii longiores. Bracteæ lineares, lanceolatæ, hirſutæ, calyce longiores. Scapus ſpicæ hirſutus. Calyces breves hirſuti, foliolis duobus brevioribus. Corolla ſaturate cærulea, ſat magna, tubo albo. Stamina longiora, piſtilus longiſſimus.

Animad. Folia lente criſtalina obſervata, exhibent pilos breviſſimos, denſos, circa margines foliorum. Deme baſim, & apicem racemi in noſtra, habebis rigoroſe veronicam alpinam Oederi tab. 16. noſtra paulo altior: ſuſpicor eamdem ſolo mutatam, ſicut campanulam noſtram Thyrſoideam.

Florens Octobri in Sylva dicta Loſoſna Grodnenſis.

90. Veronica officinalis. *Obſ.* Innumera hujus ſpeciei ſpecimina examinavi in variis locis collecta. Mirum eſt quantum facie variat, & præcipuis attributis. Modo natura exurgit, caule ſimplici vix triunciali. Modo pedalis & ultra. Modo exhibet caules omnes procumbentes. Folia invenio lanceolata, anguſta, alia fere rotunda. Modo ſpica ſcapo breviſſimo, modo longiſſimo, plerumque nudo, aliquoties alternis foliolis linearibus onuſto. Modo tota planta villoſo hirſuta, aliquoties fere glabra, nec minus color corollæ varians: vidi inter noſtrates albas, cæruleas, carneas, triſidas, & plenas. Ex hoc exemplo ſicut ex plurimis aliis videre eſt quam fragiles ſunt phraſes characteriſticæ. Nonne natura ſenſim & gradatim tranſit ex una ſpecie ad alteram; Evidenter hocaſſertum confirmatur ſevera enucleatione veronicarum, galiorum, campanularum, & aliorum plurimorum generum.

Communis prope Grodnam in ſylvis Florens Junio. Eſt Veronica Officinalis L.

91. Veronica pſeudochamædris. Jacquin. Caulis ſimplex, quadripedalis, diametri duarum linearum, rotundus, erectus, cinereſcens, lanugine tenui obductus. Folia ad baſim duo, brevi petiolata; omnia alia ſeſſilia, baſi cordata, ovata, dentata, ſerrata ſerratulis profundis, pagina infera pubeſcentia, ſupera glabra, nervoſa, corrugata, decem linearum lata, quatuordecim longa, obtuſa, ſuperiora anguſtiora verius ſerrata, acuminata. Flores racemoſi, racemis palmaribus axillaribus: ex ultimis paribus foliorum racemi duo, aut quatuor. Ultra inſertionem pullulat adhuc caulis, producens duo, aut tria foliorum paria, media pars ſcapi racemorum nuda. Bracteæ lineares, hirſutæ plerumque, pedicellis breviores. Pedicelli capil-

lacei, erecti, hirsuti, sex linearum longi. Calycis segmenta quinque hirsuta, vix linearia, duo breviora. Corolla magna diametri sex linearum, segmentis ovatis acuminatis, saturate cærulea, tubo albo. Antheræ saturate cæruleæ. Stamina longitudine corollæ. Capsula cordata, inflata.

Obs. Altitudo caulis variat. Sæpe invenimus tripedalem, cubitalem; passim pleræque corollæ, quinquefidæ observantur: cæterum, qui cum Hallero hanc simplicem varietatem sequentis pronunciaret, plurimos reperiret affeclas sicut patebit conferendo utriusque descriptiones. Crantius & jacquinus descripserunt illam sicut latifoliæ varietatem Linnæi; collatis numerosis speciminibus latifoliæ, quæ collegi in Pirennæis, tantam invenio similitudinem, ut statuere possim nostram esse annulum catenæ inter chamædrim, & latifoliam: sic natura more pictorum, tali arte omnia ligat modis intricatis, ut semper difficile erit rigorosos statuere, limites variarum specierum.

Florens Junio in sylvis prope Grodnam, perennis communis.

Veronica pseudochamædris var. minor. Omnino similis præcedenti ejusdem crassitudinis, semipedalis. Racemi longitudine caulis. Folia minora sed perfecte similia. Calyx constanter tetrafidus. Corolla etiam saturate cærulea, sex linearum diametri.

Florens Maio prope Grodnam in sylva juxta Niemen.

Obs. Duo, aut quatuor racemi florales ex axillis foliorum superiorum, racemo folioso sterili terminante caulem.

92. Veronica chamædris. *Obs.* Pars superior caulis, & scapi racemorum niveo denso tomento onusti. In aliis speciminibus caules cortice nigrescente, raro tomento onustus, tortuosus basi procumbens. Folia ima minima, rotunda, petiolata, petiolis quatuor linearum longis, planis. Radix horisontalis, nigrescens, fasciculos radicularum ad nodos remotos producens. Cæterum examinando numerosa specimina, quæ collegi in Lithuania, fateor cum perspicaciissimo scopolio, plurimas Linnæanas species mihi esse inextricabiles. Non video realem differentiam inter Chamædrim, & Teucrium: forte sequentes Teucrium, prostratam, & pilosam, larvatæ occultant.

93. Veronica Chamædris var. Corolla cærulea magna lineis violaceis picta. Caulis triuncialis basi repens, tenuis, villosus: duo paria foliorum inferiorum petiolata, rubra,

superioribus similia ; omnia rotunda , dentata : Racemi pauciflori breves. Antheræ erectæ.

Florens Maio in pascuis prope Grodnam.

Veronica chamædris var. Prostrata. Radix truncata , innumeras radiculas capillaceas nigrescentes emittens. Caules plurimi bis , aut quadriunciales , pilis longis villosi , procumbentes. Folia inferiora petiolata , intermedia sessilia , ovato lanceolata , profunde dentata , pagina inferiore, & marginibus densis longis pilis hirsuta , racemi folioси , axillares foliis petiolatis crenatis , racemi floriferi breves. Bracteæ hispidæ , lanceolatæ. Pediculi hispidi quatuor linearum longi. Calyces quadrifidi segmentis lanceolatis , duobus angustioribus. Corollæ albæ.

Florens Maio.

94. Veronica Chamædris , var. Corollis carneis. Caulis triuncialis , villosus. Duo folia inferiora brevi petiolata , minima , rotunda , crenato dentata , intermedia lanceolata , sessilia , tam profunde dentata , ut dici possent pinnatifida pinnulis obliquis. Racemi breves pauciflori. Corollæ carneæ , lineis rubris , pictæ : lacinia una angustiori , quam in congeneribus.

Obs. Pili foliorum tam breves ut vix distinguantur.

95. Veronica Chamædris var. Floribus albis. Caulis triuncialis , vix villosus. Folia cordata , sessilia , vix villosa , crenato dentata dentibus brevissimis. Corolla tota alba.

In arvis florens Junio prope Grodnam.

96. Veronica Chamædris. var. Foliis superioribus petiolatis. Radix penetrans , bifurcata. Caulis semipedalis nigrescens basi nudus. Folia infra racemum floridum sessilia, ovata , obtusa , dentata dentibus longis , racemus folioسus terminans Caulem exhibet quinque folia ovata , serrata , petiolata. Racemus floridus exhibet quinque flores longe pedicellatos. Capsula plana , cordata , vix emarginata , hirsuta margine , calycis foliola inæqualia linearia hirsuta.

97. Veronica scutellata. *Obs.* In axillis foliorum observo fasciculum squamarum linearium albarum splendentium , forte folia minima infectis alterata; etenim supra in proximis axillis erumpunt fasciculi foliorum ejusdem formæ loco radicum quæ nascuntur ex axillis inferioribus. In hac specie semper extremitas caulis sterilis , folia tantum exhibet fasciculatim aproximata, angustiora; passim latiora invenio folia , & breviora ; modo racemimultiflori , modi vix quin-

que floribus formati : ſpecimen inveni pedunculo unifloro axillari. In noſtris corolla plerumque alba , raro lineis roſeis picta , nunquam cærulea ; folia cultura evadunt ſucculenta falcata.

98. Veronica ſcutellata var. Nana caule ramoſo. Caulis vix quinque uncialis , baſi tres ramos producens , erectus , folia aproximata : racemi foliis breviores. Folia inferiora baſi attenuata , lanceolata breviora.

Florens Auguſto in ſtagno ſicco prope Grodnam.

99. Veronica acinifolia. Caulis ſimplex , vix quadriuncialis , villoſus. Folia inferiora petiolata , ovata , oppoſita , integerrima , ſic tria paria cruciatim diſpoſita , media pars caulis nuda ; Folia intermedia ſeſſilia , ovata , ſed ſerrato crenata ; ſuperiora folia integerrima , lanceolata , alterna , omnia villoſa. Pedunculi foliis duplo breviores. Flores pauci , calycis foliola villoſa , inæqualia. Corolla alba parva : cæterum planta mollis aquoſa.

Obſ. Nullam ſpeciem invenio , cui noſtra rigoroſe congruat : plurima exhibet attributa romanæ L. ſed differt foliis villoſis , caule breviore. Vix tamen rigoroſe crederem ſpeciem diſtinctam : militat inter Romanam & agreſtem.

Florens Maio ſat frequens in arvis ſterilibus prope Grodnam , annua.

100. Veronica triphyllos. *Obſ.* In plurimis ſpeciminibus foliola duo calycis invenio trifida, trilobata ; junior planta, tamen florens vix quadriuncialis , poſtea elongatur : in juniore pedunculi foliis vix longiores.

Florens Aprili annua in arvis frequens Grodnenſis.

101. Veronica verna. *Obſ.* Quando corolla viget , plerumque caulis vix policaris , tunc vere hirſuta pilis ſplendentibus ; poſt caſum corollarum inferiorum elongatur ad altitudinem trium pollicum.

Communis in arvis prope Grodnam florens Aprili annua.

102. Gratiola officinalis. *Obſ.* Planta primi anni , exhibet radicem funiculiformem , nundum nodoſam , caulem ſimplicem , folia plerumque integerrima : ſequentibus , annis , radicem dat nodoſam , caules ramoſos , folia ſerrata. Etiam inveni ſerrata folia a baſi. Paſſim vidi quinque. Stamina, capſula modo quadri , modo bilocularis. Corolla ſæpe rubro colore tincta in fauce. Cæterum affinis digitalibus fructu & corolla. Florens Julio , ſemina matura

florens Septembri, communis juxta ripas Fluvii Niemen, duo milliaria a Grodna, & circa lacum Jezior.

103. Euphrasia officinalis. *Obs.* Variat figura foliorum, & flore; modo inveni foliis linearibus profunde serratis, modo vix serratis, hirsutis, aut glabris, laciniæ corollæ barbæ plus minusve sunt numerosæ. Passim luteo flore vix maculato reperitur; sed constantior est Euphrasia minor Dillenii cujus, vix caulis triuncinalis simplex, aut a radice divisus. Folia lanceolata, atro colore tincta, serratulis seta terminatis: segmenta calycis longiora, spinosa. Tubus albus corollæ, utrumque labium cæruleum. Floret Septembri, communis prope Grodnam in arvis & pascuis, Annua.

104. Euphrasia odontites. *Obs.* Sæpe inveni floribus carneis, caule, & foliis coloratis, nigro rubore; variat etiam plurimum magnitudine, modo palmaris, modo cubitalis; plerumque invenitur caule pedali; cæterum pulchra planta, copia florum recreans oculos; mihi suspecta; ingrato sapore salivæ copiam adauget. Communis in pratis prope Grodnam, florens Junio, Julio, & Augusto. Annua.

105. Scrophularia nodosa. *Obs.* Duo filamenta curva, duo erecta, Antheræ nigrescentes: squamula cordata atro-purpurea, terminatur basi appendice angulosa, aglutinato laminæ internæ corollæ: Racemuli superiores alterni, inferiores oppositi. Inveni flores vix rubescentes, virides: foliorum dentes majores, quam in aquatica.

106. Pedicularis sceptrum carolinum. Caulis pedalis, & bipedalis. Folia radicalia sex, aut octo petiolata, semipinnatifida pinnulis basi coalitis, sub oppositis, dentatis, dentibus crenulato serratis. Folia caulina alterna, brevi petiolata, petiolo semiamplexicauli. Floralia sessilia, basi integerrima, superius crenata crenulis serratis, concava, ovato lanceolata, alterna aproximata, quasi verticillata. Flores axilares, subsessiles, solitarii; Calyx campanulatus, subventricosus, segmentis quatuor, quinque, aut sexcrenulatis, crenis serratis, velut cristatis. Germen turbinatum; corolla ringens policaris: marcescens fulva, Florens sulphurei coloris; labium superius fornicatum erectum occultans stamina; labium inferius tripartitum, alæ paulo longiores, & angustiores: barba, quæ est quasi semi-

lunaris, margine macula rubra tincta: tubus supra calycem dilatatus calyce longior.

Obs. Sic sunt pleraque specimina. Inveni tamen quæ varietates exhibent, sic unum caule ramoso, tria erant folia verticillata in medio caulis, ex axilla unius exurgebat ramus nudus, ferens in summo folia, & flores, sed non erant tria, sed duo opposita; sic tria paria florum, & foliorum, primo pare ab aliis remoto; passim invenio corollam vere hiantem, plerumque tamen clausam. Constanter nostra exhibet corollas albo luteas. Specimen inveni floribus plerisque alternis, remotis.

Florens Junio circa Grodnam copiose in aquosis pratis locorum dictorum Lipsk, Jeziory,

Herba fœtida mihi suspecta.

107. Anthirrinum linaria. *Obs.* Plurimum juxta varias stationes, variat Linaria. Inveni nanam vix palmarem, exhibentem tres flores alternos, loco spicæ terminantis. In hac omnia folia vere linearia, radix tuberosa succulenta. In herbario videre est specimen caule procumbente ramosissimum, omnibus foliis linearibus, floribus pallidioribus. Calcar modo rectum, modo curvum, in variis speciminibus observatur; passim etiam video rudimentum quinti staminis. Nunquam inveni monstrum celebre Linnæi peloriam, etiamsi sæpe inter mille specimina quæsiverim: observavi passim rictum corollæ; adeo insectorum morsu deformatum, ut vix referre possem ad formam naturalem: etiam non raro tota spica deformata reperitur, ut corollæ exhibent formas foliorum villosorum corrugatorum, sicut specimina possideo, tum constanter latiora sunt caulina folia.

Diù florens ubique circa Grodnam a Junio ad finem Augusti. Perennis Planta, acris amara.

108. Utricularia vulgaris. *Obs.* Vesiculæ axilares separatæ natant pellucidæ. Non sunt sessiles in divisionibus pinularum, sed pediculatæ nutant, & oriuntur etiam ex pinnulis: Post illarum casum, filamenta foliorum videntur dentata; dentes isti erant pedicelli vesicularum. In juniori planta vix ramosa, paucæ sunt vesiculæ, unde concludere est concessas has fuisse vesiculas natantes. 1°. Pro sustentatione, & expansione foliolorum. 2°. Forte aër contentus in cavitate, inservit ad propulsionem succi nutritii.

Utricularia vulgaris L. Communis in aquosis prope Grodnam, præsertim in loco dicto Lososna, florens Junio perennis.

109. Scabiosa arvensis. Obs. Species Polymorpha, plurimas in Lituania exhibens varietates : modo hirsuta, modo fere glabra, modo caule simplici, modo ramosissimo, passim fere acaulis, nanus, folia radicalia passim omnia integerrima, sed in plerisque speciminibus observantur integerrima, dentata, & pinnatifida ; color corollæ modo albescens modo carneus ; in nonnullis speciminibus invenimus Capitulum elongatum pauciflorum.

110. Scabiosa succisa L. sylvatica, Grodnensis, communis : florens Septembri, perennis.

Obs. Alia specimina foliis glabris, alia foliis hirsutis. Aliquoties inveni floribus albis. Huc venit specimen Caule hispido : foliis ovato lanceolatis, serratis, quæ forte est potius varietas Scabiosæ Sylvaticæ Linnæi.

111. Scabiosa ochroleuca. Caulis cubitalis ramosus, nodis purpurascentibus. Folia pinnata, pinnis linearibus : foliorum caulinorum petioli perfoliati ; flores flavescente albidi, in disco tubulosi & quinquefidi, sed quasi truncati, in circumferentia irregulares ; pedunculi longi communis in pascuis & arvis, Grodnen. florens a Julio ad Septembrem, perennis.

Obs. Hæc species, sicut jam observavit Clar. Jacquinus obs. Bot. 3. qui perfecte hanc speciem adumbravit, sicut plurimas alias, varias mutationes offert : in Lituania inveni caule simplicissimo unifloro, folio uno aut altero radicali integro : flores modo straminei Coloris, modo albescentes, modo saturate lutei, passim, procumbunt caules.

112. Tanacetum Vulgare L. in sylvis prope Grodnam, communis, florens Septembri ; perennis : amara aromatica. Præstans in Chlorosi.

Obs. Specimina inveni caule simplicissimo, siliformi pedali, foliis pinnatis, pinnulis angustioribus, simpliciter, serratis, quæ forte Tanacetum Sibericum Linnæi, a posteris uberius illustrandum.

113. Eupatorium Cannabinum L. communis in aquosis prope Grodnam, florens, Julio ; perennis ; acris aromatica, amara.

Obs. Singularem possidemus varietatem ; specimen vix palmare, caule simplicissimo, foliis simplicibus, seu non digitatis, præter duas bracteas digitatas. Reperta prope Grodnam in loco dicto Lososna, florebat julio.

Eupatorium Canabinum : in radicibus occultat vim emeticam ſicut pluries obſervavimus : folia ſunt laxantia, flores ſudorifici, quare igitur practici hanc pretioſam ſpeciem contemnunt ?

114. Arctium lappa L. inter rudera, communis, Grodnenſis, florens Auguſto ; perennis.

Obſ. Invenitur etiam frequens varietas, caule vix pedali, capitulis tomentoſis, ſcilicet pilis intertextis araneæ telæ ſimilibus. Radix & Herba dulcis, ſub auſtera, illorum decoctum ſenſibiliter fluxum Urinæ adauget. Semina amariſſima pulveriſata, in œdemate pretioſa.

115. Serratula tinctoria L. Grodnenſis, communis, arvenſis, florens Julio, perennis.

Obſ. Dicitur tinctoria, quia herba luteo colore tingit lanas, ſicut reſeda luteola, licet color iſte minus tenax.

In nonnullis ſpeciminibus, folia radicalia tota cum petiolis rubra, plerumque integra ; paſſim tamen pinnatifida. Calyces tincti colore atrocæruleſcente, ſunt parvi, attenuati. Etiam ſolia caulina variant fiſſuris, modo minoribus, modo longioribus. Specimen obſervavi prope Grodnam nanum, ſemipedale, foliis omnibus pinnatifidis, floribus lacteis.

116. Cnicus Glutinoſus. Caulis tripedalis & quadripedalis. Folia amplexicaulia, pinnatifida, hirſuta, ſubtus pubeſcentia, laciniis lanceolatis, ſpinuloſo ciliatis, Calyces nutantes, glutinoſi. flores purpuraſcentes diſco convexo longiori.

Aug. florebat, prope Grodnam juxta viam publicam ; quæ Varſaviam ducit, in pratis uliginoſis : perennis.

Obſ. Eſt Circium Acantoides Montanum, flore purpuraſcente, Tournefortii ; optimam hujus ſpeciei adumbrationem & figuram dedit, Clar. Jacquinus, flor. Auſtr. Tab 310. hæc figura congruit cum noſtro, ſed conſtanter obſervavimus flores purpuraſcentes : eſt Cnicus Eriſithales Linnæi.

117. Carduus paluſtris L. in pratis uliginoſis, prope Grodnam, Loſoſnæ. florebat Julio ; perennis.

Obſ. Caulis ſiſtuloſus, medulla ſpongioſa infarctus : receptaculum piloſum. Semina pappo piloſo coronata. In pleriſque ſpeciminibus, invenio pedunculos ſpinoſos. ſquammæ Calycis nigreſcunt.

118. Carlina a caulis *Obſ.* Squammæ Calycis Petaloideæ, extus vireſcunt ; in nonnulis ſpeciminibus Caulis prorſus deficit, in his floſculi purpuraſcentes ; folia breviora anguſtiora.

119. Carlina Vulgaris L. Grodnenſis, communis, arvenſis, florens Julio, Auguſto : perennis.

Obſ. Huc veniunt Specimina, laminis radii flavis, ſplendentibus, aureis, caule ſimpliciſſimo, unifloro ; quæ habitu ſat differunt a Vulgari, ut in poſterum copioſius illuſtrabitur. Frequens in arvis prope Grodnam ; floret Julio.

120. Bidens minima. Caulis vix palmaris. Folia lanceolata, ſeſſilia, anguſta, vix dentata. Flores erecti. Semina erecta. Arvis humidis, copioſe prope Grodnam, florens Julio : Annua.

Obſ. Plurima inveni ſpecimina cum ſeminibus, quæ exhibebant folia jam tripartita : in foſſam aquoſam hæc ſpecies tranſlata, pedalem acquiſivit altitudinem & produxit folia bidentis tripartitæ ; unde confirmatur ſuſpicio Clar. Schreberi, qui tanquam varietatem tripartitæ, minimam pronuntiat.

121. Jacobæa Viſcoſa. Caulis cubitalis, ramoſus, pilis pinguibus onuſtus. Folia Jacobeæ Vulgaris, ſed majora, viſcida, pilis numeroſis. Flores magni, radiati ; radiis revolutis, brevibus. Calyces hyrſuti ; ſquammæ inferiores fere longitudine tubi Calycis : omnes apice nigreſcentes.

Senecio Viſcoſus. L. florebat Julio : in Arvis Æconomiæ Labno prope Grodnam.

Obſ. Planta aquoſa, proprium Spargens odorem, Salinam ſenſationem excitat cum refrigerio : pinnulæ foliorum contortæ, profunde dentatæ ; dentibus inæqualibus, piloſis : Pili copioſe fundunt aquam mucilaginoſam.

122. Jacobæa Suaveolens. Caulis quatuor pedalis, rubeſcens. Folia pinnatifida, laciniis linearibus, longiſſimis, diſtantibus, integerrimis & dentatis læte viridibus, glabris, Flores Corymboſi, numeroſi : Corollis radiantibus, calyce longioribus, integris. Flores aromatici ſuaveolentes.

Florebat Junio, in Sylvis prope Grodnam, juxta Niemen. Videtur Jacobæa paluſtris altiſſima, ſuaveo-

lens , foliis diſſectis rappici. *Flor. ien. pag.* 178.

123. Jacobæa Sinuata. Caulis ſemipedalis , ramoſus, villoſus. Folia lyrato-ſinuata ſeu dentibus latis integerrimis. Pedunculi viſcidi : Radii florum revoluti.

Florebat Junio prope Grodnam in arvis : annua. Videtur Senecio Nebrodenſis Linnæi , nec repugnat figura citata Barrelerii Tab. 401.

124. Jacobæa incana. Caulis villoſus , ſimplex , quadriuncialis. Folia pinnatifida , albo tomentoſa ; pinnulis contortis , dentato ſerratis : ex alis foliorum ſuperiorum Pedunculi biflori. Floſculi radii erecti : Apices ſquammarum calycis Sphacellati , nigri.

Florebat in arvis prope Grodnam , initio Maji , Annua : videtur Senecio incanus Linnæi ; bene exprimit illam Tabula Barrelerii 262. igitur eſt Jacobea Alpina incana minor.

125. Inula pulicaria. L. communis , in arvis prope Grodnam , annua : florens Auguſto.

Obſ. Raro inter noſtras hæc ſpecies acquirit altitudinem cubitalem , pleraque ſpecimina vix ſunt pedalia : inveni vix Palmaria , uniflora : Flores viridi lutescentes , radiis breviſſimis.

Huc venit Specimen prorſus ſingulare , caule vix bipolicari , foliis confertis , linearibus, undulatis , villoſis ; flos unus magnus relative ad plantam , terminat caulem.

126. Inula Lanuginoſa. Caulis Cubitalis ſuperne ramoſus , ampliatus , lanuginoſus. Folia amplexicaulia , oblonga , integerrima , hirſuta , calyces laxi , terminales. hiſuti. Flores Corymboſi , magni , lutei.

Inula Oculus Chriſti Lan. Inveni prope Grodnam , in in ſylvis juxta Niemen ; florebat Auguſto , perennis.

Obſ. Huc venit Specimen Caule flexuoſo inclinato , uniſloro , in poſterum uberius illuſtrandum.

127. Inula hirta. Caulis erectus , teres , ramoſus , hirſutus. Folia ovato-lanceolata , venoſa , ſcabra , recurvata , birſuta , ſeſſilia. Flores terminantes , magni : calycis ſquammæ foliaceæ , rectæ , ciliatæ ; ſemifloſculi numeroſiſſimi , anguſti , flavi , extus purpurei.

Inula hirta L. ſat frequens in ſylvis , prope Grodnam , juxta Niemen. Florens Auguſto , perennis.

Obſ. Perfecta planta multiflora : ſed flores inferiores centrali altiores ; initio Auguſti inveniuntur Specimina, caule unifloro, ſed poſtea evolvuntur flores inferiores.

128. Arnica plantaginis folio. Caulis cubitalis, ſimplex, folia radicalia ovato-lanceolata, nervoſa, duo tantum caulina oppoſita in parte ſuperiori caulis. Flores pauci, duo aut tres, terminantes, flavi, magni, biunciales. Calycis foliola ovato-lanceolata ; ſemen hirſutum, pappo coronarum. Corollulæ radii filamentis quinque abſque antheris.

Arnica montana, L. Communis prope Grodnam in ſylvis florebat Junio & Julio : perennis.

Obſ. Plurimæ inveniuntur varietates : vidi ſpecimina foliis anguſtioribus, caule unifloro, vix pedali, alia caule tripedali foliis majoribus, in his præter folia duo ſuperiora amplexicaulia, duo alia obſervantur Radicalibus ſimilia, tribus pollicibus ſuper radicem ; tunc duo tantum radicalia inveniuntur : numerus florum etiam diverſus, plerumque tres intermedio breviori, ſed aliquando quatuor & quinque, in omnibus odor florum aromaticus, graveolens : folia & radices ſpecialem acredinem poſſident : nunquam ſatis laudanda in febribus putridis remittentibus, in nonnullis diſſenteriis. Pulvis foliorum egregium ſternutatorium ; de quibus omnibus videre eſt egregias & utiliſſimas obſervationes Clar. Collini optimi Practici Vindebonenſis, de quarum fide plurimis vicibus in Noſocomio noſtro obſervationibus peractis, convicti ſumus.

129. Cineraria unctuoſa. Caulis cubitalis, villoſus. Folia inferiora lanceolata, ſerrato-ſinuata ; ſuperiora dentato-ſinuata aut integra, amplexicaulia, caulem tegentia, undique uſque ad flores, qui ſunt: corymboſi. Calyx ſimplex, polyphylus, æqualis : Receptaculum nudum.

Cineraria paluſtris L. Olim Othonna paluſtris : florebat Majo, in aquoſis prope Grodnam, communis, perennis.

Obſ. Radix ſubtuberoſa, intus Cava, innumeras radiculas albas producens. Caulis fiſtuloſus ; fiſtula lanugine obducta, poſt evolutos primos flores plurimum creſcens. Folia radicalia octo pollicum longa, ſinubus undulatis, villoſa, pinguia ; caulina hiſpida, pinguia, ſinuata & integerrima. Semifloſculi circiter viginti, integri & tridentati ; Odor florum Aromaticus, ſapor

ſapor proprius non ingratus: Planta neglecta a Practicis, utile tamen adjuvans pro Curatione Rheumatiſmi.

130. Anthemis tinctoria. Caulis cubitalis, ramoſus, durus, folia bipinnata, ſerrato-dentata, ſubtus tomentoſa. Flores Corymboſi, terminantes, magni, lutei, calycis ſquammæ denſæ imbricatæ, ſubhirſutæ. Squammæ inter floſculos ariſtatæ; ſemina ſub ſemifloſculis curvata, ſulcata, quaſi alata ſub floſculis quadrangula; omnia nuda.

Florebat Junio: communis in arvis prope Grodnam: perennis.

Obſ. flores flagrantes, balſami odoris, in tuſſi catharali præſtantes. Folia lanam colore flavo pulchro tingunt.

UMBELLIFERÆ.

131. Eryngium latifolium. Caulis erectus, ſtriatus, medulloſus, bipedalis, ramoſus. Folia radicalia longe petiolata, cordato ovata, ſerrato crenata, obtuſa; caulina infima petiolo vaginante breviori, ſimilia radicalibus, ſed minora; ſuperiora, ſeſſilia quaſi palmata, ſerratis lobis, dentibus ſpinula terminatis. Involucrum hexaphyllum, foliolis anguſtis lanceolatis, capitulo longioribus. Squammæ receptaculi ſpinoſæ, denſæ. Flores capitati, capitulo oblongo. Petala cærulea. Filamenta corrolla longiora. Antheræ cæruleæ. Semina una facie plana, altera convexa, & hirta.

Eryngium planum L. commune in campis Grodnenſibus, florebat Junio prope Horodnicam.

Obſ. Folia involucri, in juniori planta certe capitulo longiora, ſed in adulta tali modo elongatur capitulum, ut vix capitulo ſint æqualia, ſerratulæ foliorum inæquales, ſubcartilagineæ.

132. Eryngium cæruleum. Habitus præcedentis, ſed ramoſior. Folia radicalia magis cordata, caulina etiam ſimilia, ſcilicet palmata, lobis ſpinoſis ſed anguſtioribus. Involucrum enneaphyllum, ſeu ex novem foliolis linearibus, dentato ſpinoſis conflatum. Capitula craſſiora, & longiora quam in præcedenti. Caulis, ſed præſertim rami, pulchri amethiſtini coloris ſplendentis.

Obſ. Militat inter *Planum & Alpinum* Linnæi. Sed certe non eſt *Alpinum*: differt foliis radicalibus minus evidenter cordatis, caulinis lobis anguſtioribus, foliolis involucri nullo modo pinnatis, & vix dentatis, minus numeroſis.

In noſtro etiam ſquammæ hamatæ capitulorum, ſunt ſaturate cœruleæ ſplendentes.

Paſſim in arvis inveni prope Grodnam florentem fine Junii. Perennis.

Eryngium planum cæruleum campeſtre Polonicum Corvini ic. Barrelieri 1174. perfecte exhibet faciem noſtræ ſpeciei: unde eſſet mera varietas *Plani* Linnæi.

133. Eryngium puſillum. Caulis quadriuncialis, ramoſus, tenuis, ſulcatus. Folia radicalia vix baſi cordata, oblonga, inciſa, lobis ſerrato-ſpinoſis; caulina profundius inciſa, lobis quinque dentato ſpinoſis; latioribus quam in præcedentibus ſpeciebus. Involucri foliola ſex lanceolata, ad latera uno aut altero dente ſpinoſonotata. Capitula ſeſſilia involucro duplo breviora ſquammis erectis ſpinoſis.

Obſ. Rami nullo modo cæruleſcunt. Eſtne ſimplex varietas Eryngii *plani*? aut potius Eryngium *puſillum* Linnæi? inveni cum feminibus menſe *Septembris* in arvis prope *Grodnam* in loco dicto *Poniemun*: eodem tempore & in eodem loco inveni ſpecimina ejuſdem magnitudinis, ramis & capitulis amethiſtinis, deficientibus foliis radicalibus; ſed foliis caulinis inferioribus, & ſuperioribus, ſicut involucris, tam perfecte referebant Eryngium *puſillum Amethiſtinum* Barrelieri tab. 376 f. 3. ut nullo modo dubitem, quin delineaverit iſte Auctor prorſus ſimile ſpecimen.

Verum Eryngium amethyſtinum deleatur in Chloride Grodnenſi, nam Varſovienſe ſpecimen, eſt etiam ſecundum noſtrum.

134. Heracleum Sphondylium L. in pratis humidis ſat frequens prope Grodnam Loſoſnæ, & alibi: florens Julio: perennis. Herba & ſemina acria, leniter aromatica. Spiritum vini viridi colore tingit, hanc non amat pecus: in acervos congeſta ſacharo cauſtico, efflorefcit, ex quo fermentato ſpiritus inebrians formatur: qui exigua copia caput turbat, graviaque ſomnia facit.

135. Heracleum Anguſtifolium. Habitus ſphondilii. Caulis tripedalis, ſtriato ſulcatus, hiſpidus. Folia pinnata, foliolis anguſtioribus quam in præcedenti, acutis, fere glabris. Petala ſubviridia.

Heracleum Anguſtifolium L. communis prope Grodnam in ſylvis juxta *Niemen* florens Julio; perennis.

136. Leſerpitium latifolium. Radix craſſa, odorat

coronata ſetis. Caulis brachiatus tripedalis. Petioli baſi ampliſſimi nervoſi, vaginantes. Folia duplicato pinnata foliolis firmis oblique cordatis, magnis dentato ſerratis, dentibus paucis, ſemibilobatis trilobis. Umbellæ ampliſſimæ. Involucrum univerſale ex octo foliis late lanceolatis; peculiare ex paucioribus anguſtioribus. Petala inflexa emarginata patentia, in circumferentia ſubirregularia, lutea. Semina angulis octo membranaceis notata; quatuor in quoque ſemine.

Laſerpitium latifolium L. communis in omnibus ſylvis prope Grodnam, florens Julio: perennis. Radix acris aromatica, præſtans remedium in *herpetibus*, *anoraxia*, *ſupreſſione menſtruorum*, *Rheumatiſmo chronico*.

137. Laſerpitium trilobum. Plurimum quo ad habitum & foliationem præcedenti ſimilis, ſed differt foliolis trilobatis, lobis obtuſis, apice inciſis, ſat bene folia *Aquilegiæ* referentibus: in umbella univerſali involucrum ex paucis foliis. Petala parva, alba, Semina ſtriata, & alata.

Laſerpitium trilobum L. inveni circa Grodnam in Silva juxta *Niemen*: florebat Julio: perennis. Radix aromatica penetrans.

138. Laſerpitium hirſutum. Caulis tripedalis, hirſutus, præſertim verſus baſim. Folia pinnata hirſuta, foliolis piloſis, lanceolatis integerrimis, Umbella plana, Umbellulis ſubconvexis, radiis villoſis. Univerſalis involucri foliola, a ſex, ad novem; concava, ſubtus villoſa, ad marginem membranacea, alba, reflexa: involucra partialia fere longitudine umbellularum. Petala ſubæqualia alba, cordata, Germina villoſa, Semina alata: matura glabra.

Laſerpitium Prutenicum. L. communis prope Grodnam in arvis: floret Auguſto. Semina ſubacria aromatica, penetrantia, vere ſudorifica, & diuretica: ante maturitatem apud nos certe viſcoſa, unde placet phraſis Breynii qui in centuria prima, Tab. 84. bonam hujus plantæ dedit figuram: appellavit illam *Laſerpitium Daucoides Prutenicum* viſcoſo ſemine: vere enim habitum *Dauci Carotæ* exhibet.

139. Conium maculatum L. Cicuta Halleri, Tournefortii: ſat frequens prope Grodnam in pratis humidis, florens Junio: biennis. Odor radicis & herbæ ingratus, nauſeoſus: herbæ extracto, & pulvere, methodo

immortalis Storckii præscriptis, sanavimus in Lithuania nobilem Polonum carcinomate rodente, qui jam quartam partem linguæ consumpserat; plurimos scirrhos mammarum dissipavimus: cancros duos vere jam exulceratos, ad solidam cicatricem reduximus: extracto cicutæ & emplastro plurima ulcera *cacoetica* in nosocomio Regio Grodnensi radicaliter sanavimus, quorum unum, cum carie in tibia, erat complicatum.

140. Athamanta Oreoselinum L. *Selinum Halleri.* Communis in Sylvis prope Grodnam, florens Julio: perennis. Radix resinosa, aromatica & tota planta odorata. Semen oleum essentiale volatile fundit, infusum herbæ gratum odorem spargit, tota planta practicis pretiosa sudorifica & diuretica in omnibus morbis chronicis; in quibus sudores excitandi & urinæ adaugendæ, pretiosissima.

141. Athamanta Cervaria L. in sylvis prope Grodnam *Grandzicze* florens: Julio: perennis. Radix resinosa, aromatica, succedanea præcedentis.

142. Angelica Sylvestris L. communis prope Grodnam in pratis uliginosis Lososnæ. Florebat Augusto: perennis. Radix crassissima, succo flavo, resinoso, acri, aromatico turgida, sudores provocat: est præstans medicamentum in omnibus morbis in quibus vires sunt debilitatæ; sed præsertim probatum in *Anorexia*, *chlorosi*, affectione *hipochondriaca*, suppressione *Menstruorum*, *Oedematia.*

143. Angelica Archangelica Lin. fuit mihi allata tanquam spontanea ad ripas fluvii Niemen, 12. milliaribus, a Grodno. Sæpe inveni, in hortis derelictis prope Grodnam. Florens Julio: perennis. Radix aromatica, subacris penetrans: illius infusum sudorificum. In *Catharis*, *herpetibus*, *rheumatismo* utile auxilium. In Lithuania, radices sacharo condiuntur, tunc gratissimæ; in *Anorexia pituitosa*, *jejuno ventriculo masticatæ efficaces.*

144. Coriandrium Sativum L. ubique colitur prope Grodnam, unde sæpe spontanea invenitur: florens Julio annua. Semina recentia Cymicis odorem spargunt, sed desiccata amittunt, tunc speciali aromate flagrant, in torminibus a flatibus, in spasmis hystericis utilia.

145. Scandix *pecten veneris* L. unquam inveni in Lituania. Frequentem observavi inter segetes prope Varsaviam: annua.

146. Chærophyllum *Sylvestre* L. communis in Lithuania: frequens in pratis prope Grodnam: florens fine Maij: annua. Fœtida planta. diu trita mihi excitavit *Cephalalgiam*, unde merito suspecta.

147. Chærophyllum bulboſum L. communis in pratis prope Grodnam florens Junio : annua ; primo vere radices rotundæ ſucculentæ , poſtea ligneſcunt & elongantur : vix crederem illas verè eſculentas , utpote pertinentes ad plantam , cujus folia ſunt fœtida , & viroſa , impune tamen nonnulla manducavi.

148. Chærophyllum Aromaticum. Caulis bipedalis & tripedalis , ſcaber , erectus , maculis purpureis notatus. Folia ſubbiternata , foliolis ovato-lanceolatis , acutis ſerratis , ſubtus atro-virentibus , ſubſcabris. Umbellæ erectæ planiuſculæ. Involucrum univerſale unifolium , vel polyphyllum ex foliolis acuminatis lanceolatis reflexis, ad oras membranaceis & albis. Involucrum partiale , ex foliolis ſimilibus a ſex ad decem : flores albi. Petala cordata introrſum incurvata. Semina oblonga , gracilia , glabra , fuſca ; ſtylo perſiſtente ariſtata , obſolete quadriſulca.

Chærophyllum *Aromaticum* L. & Jacq. Tab. 150. flor. Auſtr. folia trita inter digitos gratum ſpargunt odorem aromaticum , flores etiam ſuaveolentes ; ſemina vix odorata , vix ſapida : communis prope Grodnam in loco dicto Loſoſna. Florebat fine Junii.

Eſt *Angelica Sylveſtris major* hirſuta, *Loeſelii*, Fl. Pruſſ. *p.* 16.

149. Imperatoria *Oſtruthium* L. colitur in omnibus hortis ruſticorum ; etiam ſponte creſcentem inveni juxta ripas Niemeni. Floret Julio : perennis. Radix aromatica , flagrans oleo eſſentiali , & reſina ſcatens : ſudores & urinam movet , & majori doſi alvum laxat , in *aſthmate pituitoſo* , *ventriculi debilitate* , *febribus quartanis* , *in colicis* , *a vermibus* , *& a ſabura pituitoſa* nunquam ſatis laudandum medicamentum.

150. Seſeli purpureum. Caulis ſemipedalis & pedalis , ſtriatus , purpureus. Vaginæ petiolorum membranaceæ , ventricoſæ , emarginatæ. Folia bipinnata foliolis pinnatifidis , ſegmentis lanceolatis , linearibus , acutis , planis. Involucrum univerſale unicum foliolum exhibet ; particulare plurima lanceolata , margine membranacea. Umbella convexa , denſa. Petala albo-purpurea. Semina fuſca , ovata , parva , gibba , ſtriata , exigua , membrana ad circumferentiam adaptata.

Seſeli *annuum* L. communis prope Grodnam. Florens Auguſto & Septembri biennis. Radix acris , aromatica.

151. Seſeli Filiforme. Caulis pedalis , ramoſus , fili-

formis, divaricatus. Folia parva duplicato - ternata, linearia, raro lobata. Umbellæ nudæ. Pedunculis sex sæpius, seu subsexfidis: umbellulæ involucratæ. Flosculis sex ad octo. Involucella setacea.

Sesseli *Saxifragum* L. sat frequens in arvis arenosis prope Grodnam florens Augusto annua.

152. Cicuta cellulosa. Radix maxima cellulosa. Caulis crassus bicubitalis. Folia maxima plicato pinnata pinnulis quinquefidis, trifidis quasi digitatis, bifidis simplicibus ovato - lanceolatis, segmentis longis dentato serratis. Involucrum universale ex paucis foliis, etiam unico, aut nullo: peculiare ex pluribus angustis, longissimis. Petala alba, inflexo-cordata, ferè æqualia. Semina ovata subhirsuta albis marginibus, alis tribus eminentibus percursa.

Cicuta virosa L. in paludibus & aquosis communis prope Grodnam Lososnæ, & alibi florebat Augusto: perennis. Radix secta fundit succum flavum venenosum graveolens vix acre: nociva & lethalis hominibus in quibus anxietates & nauseas excitat, sed requiritur sat magna dosis: in hoc casu cito emeticum præscribere est necesse.

153. Bupleurum *rotundifolium*. L. elapsa ex horto Botanico Regio Grodnensi, spontanea facta in agris vicinis communem inveni inter segetes circa Varsaviam, florebat Julio: annua. Vis vulneraria sicut in plurimis aliis speciebus mihi videtur vana, nam juxta nostra experimenta æque cito vulnera energiæ naturæcommissa,fuerunt sanata, ac illa quæ tractavimus cum foliis perfoliatæ.

Obs. Specimina possideo vix semipedalia, caule simplicissimo, tenui, foliis rotundioribus, obtusis. In aliis acumen durum terminat folia, & involucra, quod est nervus prolongatus.

154. Carum decussatum. Radix magna & longa, caulis, cubitalis, Folia longa & parum lata, duplicato pinnata pinnis primis longioribus, circa nervum decussatis. pinnularum laciniis rectis tridentatis & bidentatis. Involucra nulla aut generale monophyllum. Petala carinata inflexo-emarginata. Semina semiovalia seu ovato-oblonga profunde striata.

Carum Carvi L. passim circa Grodnam in pratis florebat Junio *Dubnica* annua. Planta aromatica optimum suppeditat armentis pabulum semina flatus dispellunt, concoctionem alimentorum adjuvant.

155. Anethum fœniculum L. ubique facta ſpontanea circa Grodnam, florens Julio: annua tota planta & ſemina ſuavis odoris, & ſaporis; menſes, urinam, exanthemata, expellit illius ſuccus, ad uncias quatuor datus; excitato ſudore febres tertianas poſt toleratos paroxiſmos non nullos egregie profligat. Semina flatus diſcutiunt, colicaſque ſpaſmodicas pacant, vique ſpeciali fluxum lactis in mammis adaugent.

156. Pimpinella anguſtifolia. Radix alba, acris, longa. Caulis firmus ſubhirſutus bipedalis. Folia nitida pinnata foliolis ovato lanceolatis acute ſerratis ſæpe appendiculatis, extremo trilobato; ſuperiora folia anguſtiora; profundius inciſa. Umbellæ raræ. Involucra nulla. Petala cordata, inflexa. Semina ovato oblonga, tribus lineis eminentibus diſtincta, ſtriata ſtili longi ſtigmata ſub-

Pimpinella *ſaxifraga* varietas major L. in arvis prope Grodnam communis, florens Junio perennis.

157. Pimpinella latifolia. Præcedenti minor cæterum ſat ſimilis differt foliolis ovatis.

Pimpinella *Saxifraga* varietas minor L. ubique prope Grodnam in arvis, florens Junio: perennis.

158. Pimpinella laciniata. Habitus præcedentium ſed folia ſuperiora & caulina exhibent pinnulas profundiſſime lobatas quaſi pinnatas dentatas.

Pimpinella Saxifraga varietas hircina L, etiam frequens prope Grodnam in arvis, florens Julio. Auguſto: perennis Foliorum odor gratus pomum referens, ſapor acris non ingratus, radix acrior aromatica, cujus infuſio & tinctura præſtantes in debilitatibus ventriculi, in laſſitudinibus a tranſpiratione ſuppreſſa cæterum, evidenter adauge fluxum urinæ menſtruorum, inſcabie ulceribus & vulneribus pulvis & decoctum verè utilia.

CRUCIATÆ.

159. Draba lutea. Caulis palmaris, vix ramoſus folia caulina ſeſſilia, cordata, dentata, hirſuta radicalia petiolata, ovata integra: pedunculi longi flores lutei racemoſi. villoſi. Calycis foliola minima hirta petala calyce paulo longiora, ſiliculæ obliquæ, incurvæ, oblongæ, ovatæ, ſtilo brevi.

Draba muralis L: varietas Nemoroſa, frequens prope Grodnam, florens fine aprilis, in arvis, biennis.

Obſ. Folia caulina invenio dentata & non dentata, radicalia roſulam formant foliorum; quorum inferiora

minora, ſuperiora majora pilis denſis rigidis in circumferentia onuſta, etiam integerrima ſunt & dentata, frequens eſt varietas minima policaris foliis triplo minoribus, pauciflora, quæ creſcendo elongatur, ſitque palmaris, tunc caulis exhibet ſex folia alterna dentata, ſæpe ex una radice plurimi caules; in pleriſque ſpeciminibus vix folia radicalia dici poſſunt petiolata.

160. Draba Verna L. communis ubique in arvis prope Grodnam. floret aprili, annua.

Obſ. In pleriſque noſtris ſpeciminibus folia omnia integerrima, ſæpe ſcapi vix pollicares, uniflori aut biflori, in pleriſque multiflori, pedunculis longis patentibus, unde ſcapus dicitur ramoſus, video folia glabra & hirſuta, ſilicula evolvitur ante expanſionem corollæ, unde plerumque obliterantur ſtamina.

161. Myagrum rugoſum. Caulis cubitalis, brachiatus; folia amplexicaulia, auriculata, hirſuta, acuta, flores parvi paniculato racemoſi: petala flava, ſilicula orbiculata, punctato rugoſa; ſtilo permanente, ſemen unum altero abortiente. Myagrum paniculatum L. Rapiſtrum Halleri, Tournefortii, Grodnenſis ubique in cultis, florens Majo, Junio: annua.

Obſ. Plurima inveni ſpecimina caule ſimpliciſſimo, racemo unico, ſiliculis rugoſis, piloſis, foliis dentatis: an ſimplex varietas paniculati? aut myagrum rugoſum Linnæi?

162. Alyſſum incanum L. Caulis cubitalis, erectus. Folia lanceolata, incana, integerrima. Flores corymboſi. Petala parva, alba, ſiliculæ oblongæ villoſæ, ſtilo perſiſtente. Pedunculi placenta craſſa terminati.

Alyſſum incanum L. communis ubique prope Grodnam, in arvis & paſcuis; floret ab initio Maji, ad finem Julii, perennis.

Obſ. Caulis baſi rubeſcens, uliginoſus, ſimplex & ramoſiſſimus. Folia cauli appreſſa ſapore ſingulari, parum acri, non ingrato. Petala bifida: Germina villoſa.

163. Armoracia Lapathifolia. Radices longæ, craſſæ, acerrimæ. Folia radicalia petiolata, maxima, glabra, ovato-lanceolata, rotundè crenata. Caulis cubitalis, ſuperne ramoſus, erectus, folia caulina ſeſſilia, lanceolata, inciſa. Flores paniculati, racemis laxis. Petala alba, odorata, calyce longiora. Silicula ferè ovata, ſtilo craſſo, globuloſo terminata.

Cochlearia Armoracia L. frequens prope Grodnam, in locis humidis, juxta amnem Lososnæ & alibi; florebat Julio: perennis. Radicis aqua stillata, acerrima. Succus illius magna dosi emeticum evadit.

164. Lepidium apetalos. Caulis ramosus, palmaris aut pedalis. Folia radicalia pinnata, pinnis dentato semipinnatis; caulina linearia, integerrima. Flores minimi. Calyces colorati, lutei. Petala nulla. Stamina tantum duo. Silicula ovata, vix emarginata, bilocularis. Semen unum in quoque loculo, odor & sapor totius plantæ, ingratus & acer.

Lepidium ruderale L. ubique prope Grodnam juxta vias; florebat initio Junii: annua. Odor fortis, penetrans, mihi ingratus. Sapor acris. Succus herbæ in ulceribus scorbuticis, mirandos producit effectus.

165. Thlaspi arvense L. ubique in arvis prope Grodnam, florens Aprili: annua.

Obs. Silicula concava sicut cochlear; singulariter hæc species crescendo mutatur, florens vix tripollicaris, postea elongatur: raro sex stamina inveniuntur, quia silicula cito crescens, plurima obliterat. Anno 1779 floruit 10. Martii: plurima specimina florida offerunt nobis, omnia folia integerrima, nullo modo dentata: herba subacris.

166. Thlaspi bursa pastoris L. communis ubique prope Grodnam, in arvis cultis: florens Aprili, Majo: annua.

Obs. Mirè varians hæc species quoad altitudinem & figuram foliorum. folia radicalia non sunt semper pinnatifida, inveni specimina in quibus erant plereque integerrima, alia in quibus erant simpliciter sinuata. Caulis est ramosus aut simplicissimus. Germina ovata sunt, & evadunt tantum triangularia. Seminibus maturescentibus, stigma crassum, papillosum, album. Stilus brevis. Filamenta curva. Antheræ griseæ. Foliola calycis linearia. Pili albi in foliis & caule: herba parum acris, antiscorbutica.

167. Raphanus raphanistrum L. Grodnenſis, arvenſis, communis, florens tota æstate: annua. Herba acris, validi odoris, suspecta.

Obs. Frequentior adhuc est varietas, flore luteo, cæterum etiam diversa glabritie & hirsutie foliorum.

168. Erysimum Cheirantifolio. Caulis semipedalis aut pedalis, erectus, ramosus. Folia lanceolata, subaspera,

integra. Flores racemosi. Calyx patens. Petala lutea, exigua, Siliquæ erectæ, unciales, obtusè quadrangulæ.

Eryſimum Cheiranthoides L. Grodnenſis. frequens, florens Julio in arvis: annua.

169. Eryſimum alliaria L. Grodnenſis, ſylvatica, ruderalis, florens Majo, Junio: perennis Herba & ſemina trita, allium redolent: intus in anorexia, ictero, choloroſi; extus in ulceribus ſanioſis, vere utilis.

Obſ. Specimina inveni, caule ſimpliciſſimo vix ſemipedali, foliis parvis, floribus paucis.

170. Braſſica lutea. Radix tenuis. Caulis cubitalis, tenuis. Folia caulina cordato-ovata, ſeſſilia, amplexicaulia, glabra; radicalia lyrata, ſub-hiſpida, flores in ſummitate plantæ corymboſi. Calyx tubuloſus, erectus; foliolis exterioribus deorſum gibbis. Petala lutea; minima. Siliqua tetragona, longa curva.

Braſſica Campeſtris L. communis prope Grodnam in arvis, florens Julio: annua.

Obſ. Folia radicalia ſæpiſſime apud nos, lingulato-ſpatulata, Flores ante perfectam evolutionem, in ſummitate caulis conglomerati, poſtea evolvitur racemus. Petala vix longitudine unius lineæ & dimidiæ: ſæpe plurimi caules ex una radice alba, fuſiformi, tortuoſa. Cæterum tota planta glabra. Inveni etiam ſpecimina caule ramoſo.

171. Braſſica alba. Facies præcedentis: Caulis ramoſus. Folia minus amplexicaulia, auriculata, cordata. Flores magni, petalis albis, lineis cæruleis pictis.

Militat inter Alpinam & arvenſem L. Racemus florum elongatus, diameter floris ſaltem ſex linearum. Folia minus elongata, latiora quam in campeſtri auriculis rotundatis, apice obtuſa. Florebat fine maji, in arvis prope Grodnam, Poniemun.

172. Cardamine apetala. Caules ſemipedales, erecti, parum ramoſi. Folia radicalia in orbem ſparſa: pinnis petiolatis, inciſis, obtuſis; caulina pinnis anguſtioribus, acute dentatis ſeu diſſectis. Flores racemoſi, erecti. Calycis folioſa obtuſa, cava. Petala in floribus expanſis nulla. Stamina ſex, alba, calyce longiora. Siliquæ longæ. Semina quadrata.

Cardamine impatiens L. inveni florentem Majo, in pratis ſylvæ Bobrowſzczyzna, juxta amnem: annua.

173. Cardamine hirſuta. L. Caulis pedalis, ramoſus,

hirſutus. Folia pinnata, hirſuta; pinnis ſubrotundis; quatuor aut quinque paribus, impare majore; caulina anguſtiora. Flores racemoſi, pauci. Petala alba, emarginata, magna. Stamina quatuor, deficientibus brevioribus. Siliqua cornu ſolido terminata.

Cardamine hirſuta L. inveni florentem Majo, in pratis loci dicti Loſoſnæ: perennis.

174. Cardamine amara L. Caulis debilis, ex axillis ſtoloniferus. Folia pinnata; pinnis ſubrotundi angulosis, Calycis foliola duo, valde gibba. Petala magna, lactea, ſubrotunda.

Cardamine amara L. communis prope Grodnam in pratis, florens Majo Loſoſnæ & alibi: perennis.

Obſ. Non rara eſt varietas circa Grodnam, Floribus purpuraſcentibus: in noſtris raro axillæ ſunt ſtoloniferæ, nec conſtans eſt figura foliorum, modò etenim obſervo rotundata, anguloſa & elongata, dentata. Cæterum, folia verè ſunt amara, amaritie non ingrata.

175. Siſymbrium Sylveſtre L. Grodnenſis, communis in arvis & in ſylvis, florens Junio: perennis.

Obſ. Hæc ſpecies, plurimas varietates exhibet: inveniuntur ſpecimina, caule pedali, ramoſiſſimo; alia caule vix palmari, ſimpliciſſimo. in iſtis foliola linearia, integerrima, aut brevibus rariſque dentibus notata.

176. Siſymbrium cæruleum Caulis pedalis, ramoſus, folioſus. Folia radicalia plurima, in orbem ſparſa, lanceolato lyrata, ſeu pinnatifida; pinnis rectangulo ſub dentatis, hiſpidis: pilis in utraque pagina; folia caulina lanceolata, pauca, hiſpida, ſubdentata. Flores racemoſi, racemo paucifloro, laxo. Calyces glabri. Corollæ petala ſat magna, albo violacea.

Siſymbrium arenoſum L. Grodnenſis, pratenſis, florens Majo, communis: annua. Flores ſvaveolentes.

Obſ. Huc reduco, ſpecimina noſtra caule quadriunciali. Foliis radicalibus rubeſcentibus, ſimpliciter dentatis. Petalis abſolute purpureis: plurima etiam ſpecimina, exhibent petala lactea.

177. Siſymbrium hirſutum. Habitus præcedentis. Caulis retrorſum hiſpidus. Folia runcinata, ſeu pinnatifida; extima pinnâ triangulari, acuta, hirta. Flores racemoſi. Petala parva, luteola. Pedunculi longi, hirſuti. Siliquæ tenues, vix patentes.

Siſymbrium Lœſelii L. Grodnenſis Labnæ, florens Julio.

178. Sisymbrium Sophia. L. ubique prope Grodnam in ruderibus, florens initio Junii : perennis. Herba a longe ingratum spargens odorem, externo usu in ulceribus sordidis utilis.

Obs. Non immerito Clar. Guettardus proprium genus constituit sophiæ sub nomine Descuriæ, certe toto habitu & fructificatione, differt a Sisymbriis. Inveni specimina, in quibus morsu insectorum, racemus florum tali modo fuit alteratus, ut exhibeat, glomerulum numerosorum florum, inter se coalitorum.

179. Genista tinctoria L. communis prope Grodnam, in sterilibus, florebat Junio : tingit lanas colore luteo, semina purgantia : sal cinerum diureticum, in herpete, scabiè, pretiosum.

Obs. Florens minor, vix altitudine sex pollicum. Folia alterna, sessilia, non rigorose in florente glabra ; Folia modo latiora, modo angustiora, plerumque acuminata, sed passim obtusa. Florum spica modo elongata, modo abbreviata, in nostris majores sunt quam in speciminibus gallicis ; flores, inferiores breviter pedunculati, pauci ; superiores sessiles. Nervi foliorum diaphani.

PAPILIONACEÆ.

180. Ononis arvensis L. olim Spinosa, sat frequens prope Grodnam, florebat initio Julii : perennis. Radix sæpius tentata, nunquam nobis evidenti modo apparuit diuretica.

Obs. Specimina nostra Lithuanica, prorsus habitu differunt, a Gallicis. Folia & flores majora, in nostris caules villosi. Folia fere longitudine unius pollicis, latitudine sex linearum serrata, serratulis inæqualibus : rami quasi tomentosi ; calyces villosi, dentibus quinque linearibus, longis. Vexillum magnum, striatum, carnei coloris, striis rubris. Alæ albescentes : Carina apice rubescens. Germen breve, turgidum, villosum. Legumen etiam villosum. Rami herbacei, viscosi. Inveni specimen foliis minoribus, quod jam maturis leguminibus, supra racemum produxerat folia nova. Specimina nostra fructibus maturis nunquam nobis exhibuerunt spinas, tales invenimus in varietate foliis minoribus ; unde adhuc incertum manet, an Ononis mitis Linnæi non sit diversa a spinosa.

181. Cytisus pubescens. Frutex pedalis & cubitalis ; cortice castaneo, ramosus, ex una gemma, folia & flores aut rami novi, non floriferi. Flores tres aut quatuor erecti. Pedunculi albi, breviores calyce. Calyx tubulosus,

albescens, longitudine sex linearum. Labium superius bidentatum, dentibus triangularibus, erectis, vexillo apressis; labium inferius unidentatum, apex dentium albus, villosus. Vexillum magnum, longitudine calycis, emarginatum, ungue excavato, lamina plicata inferius lateribus extus inversis, luteum. Semicanale unguis melleis guttulis onustum. Alæ luteæ, duplo vexillo breviores, angustæ. Carina longitudine alarum, subviridis, unguibus duobus distinctis formata, quorum lamina in unum petalum concavum coalescit. Columna staminum, sat crassa, vix unum stamen separatum. Antheræ decem, crocei coloris. Germen villosum, jam in uno flore, legumen incipiens villosum, planum, unius pollicis longitudine. Folia ternata, lamina inferiore sericea, argentea; superiore læte viridi. Gemmæ superiores floriferæ & foliferæ: tria folia concomitantur ramos & flores. Longitudo totalis floris, quatuordecim linearum absque pedunculo; longitudo pedunculi, vix quatuor linearum folia floribus breviora.

Cytisus supinus L. varietas B. in sylva prope Bialystok, juxta viam Varsaviæ; florentem inveni fine Maii. Frutex basi decumbens, sed rami erecti. Flores mixti cum foliis, in nonnullis speciminibus, spicam peragunt longitudine quinque policum; in aliis spica brevior. Petioli foliorum inferiorum filiformes, longi. Folia subamara.

182. Trifolium Melilotus officinalis L. Ubique prope Grodnam in pratis, florens Julio: annua. Etiam est frequens varietas tertia Linnæi, seu Melilotus vulgaris altissima frutescens, flore albo, quæ est biennis, distinguitur caule altiori, floribus minoribus, vexillo lateribus deflexo. Melilotus sicca flagrantior viridi, Planta validi peculiaris odoris, acris & amara, sapore ingrato, tamen pecori non displicet. Flores suavissimum spargunt odorem, male inter emolientes indicantur. Sunt tamen antispasmodicæ, in plurimis speciebus colicæ indicati.

183. Melilotus lutescens. Caulis teres, quatuor pedalis. Folia minora quam in præcedenti, acuminata, superne acute serrata. Flores racemosi, pallide lutescentes, remotiores, pedicellis longioribus; florum vexilla replicata. Alæ oblique divaricatæ. sed non extrorsum marginibus longitudinaliter conniventes. Legumina disperma. vix rugosa, lanceolato-acuminata, longiora quam in præcedenti.

Trifolium Melitotus Polonica L. copiose crescentem in sylva Bobrowszczyzna, observavi, florentem fine Junii: perennis. Odor florum suavissimus.

184. Trifolium Fiſtuloſum. Caulis ramoſus, ſulcatus, ſuberectus cubitalis, durior fiſtuloſus. Folia ovato-acuta, ſerrato-denticulata, majora, non maculata. Capitulum florale compreſſum. Flores albi, ſat magni. Legumen plerumque diſpermum, aut tetraſpermum.

Trifolium hybridum. L. ſat frequens in paſcuis prope Grodnam, florens Junio: perennis. In pleriſque attributis convenit cum repenti.

185. Trifolium Alpeſtre L. paſſim prope Grodnam, inveni florentem Junio, in vallibus loci dicti Poniemun: perennis. Simillimum Trifolio pratenſi, floribus; at Trifolio montano foliis. Flores capitati, capitulo depreſſo. Corolla monopetala tubo longiore. Caulis ſublignoſus, rubens ad angulum obtuſum curvatus in pleriſque noſtris ſpeciminibus procumbens, lente cryſtallineo video ad margines foliorum innumeros pilos, qui in junioribus foliis oculo non armato patent.

186. Trifolium rubens. Caulis erectus, firmus, cubitalis. Folia nervoſa, lanceolata, glabra; oris ciliatis. Stipulæ maximæ, Spicæ terminantes, biunciales, craſſæ. Calyx circulo viridi terminatus, e quo dentes piloſi oriuntur, unde ſpica villoſa. Corolla calice longior, monopetala, purpurea. Vexillum longiſſimum, anguſtum.

Trifolium rubens L. communis prope Grodnam in pratis, florens Julio: annua.

187. Trifolium ſubulatum. Caulis erectus, vix ramoſus, cubitalis, fiſtuloſus, hirſutus. Folia glauca, nervoſiſſima, ſubtus villoſa, lanceolata; ſerrulata. Stipulæ cavæ, auriculatæ, auriculis binis, lanceolatis. Spicæ florales ovatæ, acutæ, terminantes, paucæ. Calyx albus, villoſus, dentibus æqualibus. Corolla ex quatuor petalis alba. Vexillum anguſtum longum.

Trifolium Montanum. L. communis prope Grodnam in ſylvis, florens Majo perennis. Denticuli foliorum ſunt meræ prolongationes nervorum pilis intermixtis. Caulis & petioli hirſuti villoſi, ſtipulæ vaginæ ſiccæ, dentatæ.

188. Trifolium ſpadiceum L. in arvis prope Grodnam communis, florebat fine Auguſti annua. Optima eſt figura Barrelieri ic. 1024 Rami & Pedunculi villoſo hirſuti.

Obſ. Pili ſegmentorum calycis longiſſimi ſed plerum-

que calyx evadit glaber poſt Floreſcentiam. Flores marceſcentes, caſtanei coloris ſpecimina inveniuntur, caule palmari ramoſiſſimo, & caule ſimpliciſſimo racemo unico terminante. Foliis anguſtiſſimis fere linearibus. Odor hujus plantæ ſuavis.

189. Lotus corniculatus L. ubique prope Grodnam in paſcuis arenoſis, florens Junio Julio: perennis.

Obſ. Non rara eſt varietas, caule erecto, foliis anguſtioribus, & leguminibus tenuioribus. In Lotis noſtris radix ſublignoſa, longiſſima. Flores deſſicatione virideſcunt.

190. Medicago lupulina. L. communis ubique in agris, florens tota æſtate: annua. In pleriſque ſpeciminibus caules numeroſſimi inveni tamen, caule ſimpliciſſimo vix triunciali. Tota planta hirſuta. Petala vix lente diſtinguenda. Octo flores uno verſu diſpoſiti, conſtituunt capitulum. Dentes ſtipularum ſetaceæ.

191. Anthyllis vulneraria. L. communis prope Grodnam in paſcuis, florens initio Junii: perennis. Hæc ſpecies, ſicca, fatua, non grata pecoribus, juxta noſtra experimenta iners eſt, procuratione vulnerum. Cæterum, ſæpius varia apparet, relative ad magnitudinem & ad folia, quæ ſæpe ſunt integerrima. Inveni ſpecimina, floribus albis & coccineis.

192. Anthyllis monocephalos. Radix ſublignoſa, rubeſcens; folia radicalia petiolis longis, villoſis, alia ſimplicia, ovato lanceolata; alia ſimilia ſimplicibus ſed ad petiolum duo aut tria paria foliorum ovato lanceolatorum producentia. Caulis erectus, villoſus a baſi ramoſus, ramos duos tantum producens pedales. Folia caulina, tria, alterna pinnata, foliolis anguſte lanceolatis impari vix majore, novem aut ſeptem. Folia omnia villoſa, a media parte ramorum, Flores capitati capitulo ſimplici, pauciſloro, a ſex ad octo, Braciteæ ampliſſimæ ſub quolibet capitulo, palmatæ, lobis in inferioribus numeroſioribus. Pedunculus generalis non ſeſſilis. Calix albus tomentoſus. flores coccinei.

Communis prope Grodnam in paſcuis: florebat Julio: perennis. Nullam ſimilem invenio apud Linnæum, niſi ſit ſimplex varietas *Anthyllis vulnerariæ.*

193. Lathyrus tuberoſus. In Radice tubera piriformia, ſuſpenſa filiis reptantibus. Caulis triquetrus, pedalis, debilis, internodiis nudis. Folia binnata, ova-

ta ; obtusa ; intermedio cirrho trifido. Pedunculi quadriflori aut quinqueflori. Corolla rosea. Legumen longum , recurvum. Semina duodecim.

Lathyrus tuberosus. L. passim invenitur circa Grodnam , inveni florentem in agro Oeconomiæ Wiercilišzki.

194. Lathyrus Viciæformis. Caulis erectus , cubitalis. Folia sena , lato-lanceolata , aristata , cirrho ramoso. Stipulæ lanceolatæ. Flores racemosi , a quatuor ad octo , in racemo. Corolla cærulea , majori parte vexilli & alarum alba.

Lathyrus palustris. L. sat frequens prope Grodnam , in pratis paludosis juxta amnem , florens fine Junii : perennis.

195. Orobus vernus L. communis sylvis florens Aprili : perennis. Inveniuntur specimina foliis angustioribus , floribus albo roseis.

196. Orobus niger. L. communis prope Grodnam in omnibus sylvis , florens Julio : perennis. Habitus viciæ , unde bonum nomen Rivini , orobus viciæ folio. Radix dulcis.

197. Vicia Ochroleuca. Radix lignosa , longissima. Caules tripedales , debiles. Folia pinnata ; foliolis ovatis , magnis , primo pare sessili ; alia breviter petiolata , integerrima , una facie subglauca. Racemi multiflori. Flores ochroleuci. Legumen glabrum , oblongum , compressum. Semina nigra.

Vicia pisiformis L. non rara prope Grodnam , in sylvis juxta Niemen , florens Julio : perennis.

198. Vicia fœtens. Caulis tripedalis , angulosus , ramosus. Folia pinnata ; foliola octo ovalia. Stipulæ parvæ , denticulatæ. Pedunculi multiflori , axillares. Flores duodecim , penduli. Calix albescens. Vexillum album , lineis cæruleis pictum. Alæ & carina cæruleæ , albescentes. Legumina glabra , pendula.

Vicia Sylvatica L. prope Grodnam in sylva Palatii Radziwili , florebat Junio : perennis.

199. Vicia frutescens. Caulis vix pedalis , erectus. Foliola dena , ovato-acuminata. Stipulæ angustæ , integræ. Pedunculi foliis breviores , sex , octoflori. Corollæ albo-cæruleſcentes. Legumen planum , breve , acumine curvulo.

Vicia Cassubica L. communis prope Grodnam , in arenosis sylvis Poniemun , florens Julio : perennis.

199.

200. Vicia Cracca L. communis prope Grodnam in pratis, florens Julio : perennis. Non rara eſt varietas floribus niveis.

201. Vicia Sativa. L. communis prope Grodnam in arvis, florens Junio : annua. Foliis retuſis lateſcentibus & foliis linearibus pubeſcentibus.

202. Vicia minima. Caules plurimi, palmares, procumbentes, ſtipulæ ſimplices : foliola ſena, inferiora obcordata. Flores ſolitarii, ſeſſiles, axillares, purpureo cærulei Legumen ſeſſile, glabrum, ſolitarium, erectum.

Vicia lathyroides. L. in arvis prope Grodnam frequens, florens initio Maii, annua.

203. Ervum Glabrum. Caulis palmaris, debilis, ramoſus, ſtipulæ ſimplices. Foliola octo, decem, lineari lanceolata ; pinna cirrho ramoſo terminata. Pedunculi longi, biflori, aut uniflori. Flos parvus, ſanguineus, aut violaceus. Legumen pendulum breve, glabrum, ovali-oblongum. Semina tria, quatuor. Calyx quinquepartitus, longitudine fere corollæ.

Ervum tetraſpermum L. frequens prope Grodnam in arvis cultis, florebat Junio : annua.

204. Ervum hirſutum. Caulis pedalis, & bipedalis, debilis, ramoſus. Stipulæ imæ quadrifidæ, dentatæ, ſuperiores ſimplices. Foliola linearia, ſubhirſuta, viginti, in pinna cirrho ramoſo terminata. Pedunculi axillares, biunciales, bi, tri & quinqueflori. Flos parvus. Vexillum palide cæruleum ; alæ concolores. Legumen pendulum latum hirſutum. Semina duo globoſa. Calyx brevior corolla.

Ervum hirſutum L. etiam frequens prope Grodnam in arvis, florebat Julio : annua.

205. Ornithopus perpuſillus. L. inveni florentem Junio, in campo arenoſo loci dicti Staniſławow, prope Grodnam : annua. Sed crederem advenam, nam anno ſequenti in eodem loco, nec in aliis potui invenire.

206. Coronilla varia. Herba. Caules proſtrati, ramoſiſſimi, cubitales, anguloſi. Foliola in pinna viginti, glauca, ovata, glabra, emarginata, nervo in ſpinam continuato. Pedunculi multiflori, longi. Flores circiter viginti, ſubumbellati. Vexillum purpureum. Alæ carneæ. Legumina erecta, teretia, toroſa, numeroſa. Calyx bilabiatus, dentibus duobus ſuperioribus connatis : vexillum vix alis longius. Legumen iſthmis interceptum.

Coronilla varia. L. communis prope Grodnam in arvis, florens Julio : perennis.

207. Hedysarum onobrychis L. inveni florentem prope Grodnam, in prato Horodnicæ & in nonnullis aliis, Junio : perennis. Sed crederem advenam.

208. Astragalus lunatus. Caulis procumbens, ramosus, tripedalis. Stipulæ lanceolatæ. Foliola in pinna octo, decem aut duodecim, cum impari, ovalia, magna. Pedunculi axillares, foliis breviores, decemflori. Flores racemosi, racemo lato, brevi. Corolla ochroleuca, cum viridi pallore. Siliqua erecta crassa, arcuata, superiori latere exsculpta, seu subtriquetra, vere bilocularis. Semina reniformia, multa.

Astragalus glyciphyllos. L. frequens in sylvis prope Grodnam juxta Niemen, florebat Julio : perennis. Folia cum amarore dulcia, in herpetibus, torminibus ventris, Ischuria, sub forma decocti utilissima.

209. Astragalus orchroleucus. Caulis pedalis, ramosus, durus, pilosus. Folia pinnata; foliolis viginti, elliptico-lanceolatis, angustis, villosis. Pedunculi axillares, longi, erecti. Flores spicati, ad quindecim. Calyx albus, villosus. Petala ochroleuca. Legumina albicantia, sericea, erecta, fere cylindrica, subulata.

Astragalus pilosus L. in arvis prope Grodnam florebat Julio : perennis. In Œconomia Labna etiam invenitur.

210. Astragalus longiflorus. Caulis pedalis, ramosus, diffusus, durus, sericeus. Folia pinnata; foliolis imorum ovatolanceolatis, superiorum gracilibus, linearibus, acutis sericeis. Flores spicati, circiter viginti, terminantes ramos. Calyces longi, villosi, albicantes. Flos longus, uncialis, strictus, cæruleo-purpureus. Legumina erecta, brevia, hirsuta, turgida; stilo curvo.

Astragalus Onobrychis L. in arvis prope Grodnam, florebat Staniſlawow, fine Julii : perennis.

211. Astragalus incanus. Caules procumbentes, hirsuti, duri. Folia pinnata; foliolis albescentibus villosis, anguſtis pedunculi erecti, longitudine foliorum. Flores erecti, subracemosi, purpurei.

Astragalus arenarius L. communis in arvis arenosis prope Grodnam, florens Augusto : perennis.

212. Polygala rotundifolia. Caules subprocumbentes,

vix palmares, lignosi. Folia inferiora subrotunda, sirmula, superiora linearia. Flores spicati, cærulei. Calyx trifolius. Foliola viridia, brevia, intus duo foliola calycina petaloidea, cærulea. Petala vera tria, inferius fimbriatum. Filamenta duo plana, octo stamina producentia. Fructus cordatus, bilocularis.

Polygala Amara L. communis in pascuis aridis sylvarum, Grodnensis, florens Majo: perennis. Folia amara, decocta magna dosi, vere purgantia & diuretica, parca dosi in Phtisi, pleuritide, peripneumonia, certis experimentis utile adjuvans.

213. Polygala Vulgaris L. communis in pascuis sylvarum & juxta vias, Grodnensis, florens Junio: perennis. Huc veniunt plurimæ varietates, scilicet floribus albis, cæruleo albis, purpureis. Foliis omnibus linearibus, & foliis inferioribus latioribus, ovato lanceolatis: in hac specie spica laxior, in præcedenti densior.

214. Fumaria Officinalis L. frequens prope Grodnam in arvis, florens fine Junii: annua. Planta succulenta, amara; succus magna dosi, ad tres uncias, sat frequenter plurimas evacuationes alvi procurat, & vomitum excitat; decoctum in scabie, herpetibus, Rheumatismo, hypocondriasi, probatum remedium practicis concedit.

Obs. Invenimus circa Grodnam varietatem, foliis angustissimis, caule simplici, floribus albis.

215. Fumaria bulbosa L. varietas *solida* communis prope Grodnam in pratis silvarum, florens fine aprilis & Majo: perennis. Huc veniunt varietates, radice bulbosa, cava, & altera floribus albis, aut roseis.

Obs. Flos super pedunculum sicut acus pyxidis. Petala tali modo conglutinata, ut rigorose dici posset monopetalodes: duo petala majora, constituunt quasi duo labra aperta, quorum unum posterius elongatur figuram cornu referens, alterum posterius vix prolongatur. In fauce duo alia petala minora, plicata, inter se aglutinata, amplectuntur genitalia. Antheræ minimæ. Stigma maximum, capitatum, villosum.

216. Fumaria bulbosa L. varietas intermedia, etiam communis prope Grodnam Lososnæ & alibi; florebat initio Maji: perennis. Fumariæ bulbosæ etiam amaræ officinali succedaneæ, in suppressione menstruorum & in

febribus tertianis vernalibus , ſuccus , probatum eſt remedium.

Obſ. Plurima ſpecimina exhibent tantum quatuor flores in racemo ; inveni floribus cæruleis , purpureis , carneis & lacteis.

POLYPETALÆ PAUCI STAMINEÆ.

217. Impatiens cuculata. Caulis bipedalis ramoſus , ſucculentus , ſub ramis intumeſcens. Folia longe petiolata , ovata , dentata. Pedunculi axillares longi quadriflori, flores penduli , flavi , ſat magni , irregulares. Calyx bifolius minimus. Petala quinque inæqualia. Nectarium cuculatum. Stamina quinque brevibus filamentis , antheris maximis coaleſcentibus. Fructus capſula ſupera anguſta , longa , nodoſa , quinque-valvis ; quæ matura, ad minimum tactum ſemina cum impetu projicit, elaſtice reſilientibus valvis.

Impatiens noli me tangere L. communis prope *Grodnam.* In ſylvis umbroſis *Loſoſnæ* & alibi , Florens fine Junii , perennis.

Herba acris & nauſeoſa. Certe venenoſa ; pauca doſi deglutita , mihi anxietates , dolores ventriculi cum ardore, & conatum vomendi excitavit.

218. Viola inodora. Folia radicalia glabra , reniformia , ſerrata , ſcapus tener ; flos minimus aquoſe cæruleus. Petala lateralia , ſubvilloſa lineis duabus purpureis picta. Petalum inferius ſeptem lineis ramoſis. Calcar floris breve & craſſum.

Viola paluſtris Lin. communis prope Grodnam in locis uliginoſis *Loſoſnæ* & alibi. Florens initio Maii : perennis.

219. *Viola canina* L. communis in ſylvis prope *Grodnam.* Florens fine Maii : perennis.

220. *Viola montana.* L. Non rara in pratis ſylvarum circa *Grodnam Loſoſnæ* & alibi. Florens Maio : perennis.

221. Viola apetala. Caules plurimi , palmares , triangulares , ſubvilloſi. Folia reniformia-cordata , plerumque cuculata , leviter obtuſeque-ſerrata. Stipulæ lanceolatæ , integerrimæ. Pedunculi villoſi , radicales , uniflori , floribus corollatis abortientibus. Flores caulini apetaloidei , fertiles: cæterum petalain radicalibus floribus albida, aut purpureo cæruleſcentia, infimo purpureis lineis picto.

Viola mirabilis L. ſat frequens in ſylvis prope *Grodnam*, florens initio Junii : perennis.

222. Circea decumbens. Habitus lutetianæ : caulis in-

clinatus, folia evidentius cordata, & vere ferrata glabra. Calyx coloratus, ruber. Statura humilior, vix semipedalis.

Circæa Alpina, L. communis in sylvis prope *Grodnam*, *Grandzicze* & alibi; florens Julio: perennis.

Obs. Specimina semipedalia rara in lithuania, pleraque cubitalia ramosissima; unde facillime concederem nullam realem differentiam adesse inter Circæam Parisiensem & Alpinam; nec enim rami, nec figura foliorum, nec color calycum sufficiunt: hæ differentiæ a climate solo probabiliter oriuntur.

223. *Evonimus vulgaris* L. communis circa *Grodnam* in sylvis florens fine Maii. Lignum rigidissimum ad instrumenta domestica peragenda inservit. Baccæ violenter purgant; carbones ex ramis, rebus delineandis præstantes.

Obs. Pedunculi biflori, tri aut quadriflori pedicellis divaricatis. Bracteæ minimæ vaginantes, ad basim pedicellorum, novi rami rotundi herbacei, antiqui tetragoni alis siccis suberosis.

224. Evonimus latifolius. Habitus vulgaris; folia majora, petala rotunda, segmenta calycis rotundata oris albidis, fructus alæ seu anguli acuti.

Juxta Linnæum mera varietas *Evonymi Vulgaris*: frequens etiam prope Grodnam in sylvis, florens initio Junii. Calycis foliola petalis duplo breviora. Petala quatuor straminei coloris, lymbo obtuso, marginibus subtus revolutis. Stamina quatuor ex foveis nectariferis in germine excavatis orta. Anthæræ didymæ parvæ albescentes: stylus viridis, stigma nullum.

225. Evonymus verrucosus. Habitus præcedentium differt caule ramisque verrucosis, petalis rubris punctatis, receptaculo rubris punctis variegato, defectu stili, vertice capsularum depressiore, seminibus seminigris.

Juxta *Linnæum* etiam varietas Evonymi Europæi, sed jure sagax *Scopolius* post *Clusium* tanquam speciem distinctam proposuit. Communis in omnibus sylvis prope *Grodnam*. Floret Maio. Folia minora & tenuiora quam in præcedentibus succulentiora, serratulis majoribus irregularibus, verucæ etiam in junioribus ramis. Pedunculi tenuiores, filiformes sæpe uniflori Petala nigro rubescentia. Foliola calycis etiam nigro rubescentia Capsulæ albo-roseæ, basis trunci suppeditat asseres densos pulchre rubro, luteo albo colore variegatos.

226. Rhamnus inermis. Frutex frondosus decempedalis, ligno duro flavescente, ramis inermibus. Folia ovato-lanceolata, glaberrima duplicato-crenata. Flores dioici, conferti, pedunculis unifloris. Calyx campanulatus, quadrifidus, viridis. Petala quatuor minima subulata, bacca nigra sat magna, quatuor continens semina. In flore masculino petala rubra, minima, cordata. Stamina quatuor.

Rhamnus Alpinus L. Inveni prope *Grodnam* in sylva juxta *Niemen* fluvium, Florebat 15 Maii.

227. *Ribes nigrum* L. communis circa *Grodnam* in sylva *Bobrowsiczyna*, juxta amnem: florebat initio maji. Tota planta odorem urinæ felinæ spargit. Folia recentia spiritum frumenti ita tingunt, ut a spiritu vini vix distingui possit. Foliorum decoctum verè fluxum urinæ adauget; in morbis *cutaneis scabie* & *herpete*, præstans remedium; ex baccis, fermentatione, optimum vinum obtinetur.

228. *Ribes Rubrum* L. in sylvis propè *Grodnam* uxta *Niemen*. Florens initio Maji.

Obs. Gemmæ glabræ. Bracteæ flore breviores, virides, obtusæ. Petioli subciliati. Frutex in hortis nostris pro sepibus præstans. Rob baccarum in febribus calidis eximium refrigerans, nec etiam negligendum in febribus putridis inflammatoriis: fermentatione succûs baccarum, vinum & acetum parari potest.

229. Ribes album. Frutex tripedalis, ramorum cortice albescente. Folia glabra, parva, trilobata, dentata: flores racemosi, racemis parvis, erectis, baccæ albæ, glabræ, dulces.

Ribes alpinum L. in sylva *Bobrowsiczyna* sex miliaribus à *Grodna*: florens Majo.

230. *Berberis Vulgaris* L. communis circa *Grodnam* etiam in vallibus urbis, & in plerisque sylvis. Florens initio Junii. Frutices undique medicis pretiosi; radix amara, decocta cum cerevisia purgans lene, in *Ictero* & in plerisque morbis ab obstructione provenientibus, jure laudata. Folia acida in scorbuto masticata utilissima, succus baccarum in omnibus febribus, quotiescumque ardor, aut putredo adsunt, miro modo sublevat ægrotantes, refrenatque ardorem febris; cum cortice radicis coria flavo colore tinguntur, coctus cum alumine in aqua, lanas & lintea luteo tingit. Stamina aciculis irritata celeri motu vibratorio, approximantur stigmati.

231. *Parnaſſia Paluſtris* L. communis prope *Grodnam* in paludoſis pratis Loſoſnæ & alibi; florens ſine Auguſti: perennis. Herba ſubamara, utilis eſt in *anorexia pituitoſa*. Sub floreſcentia germen ſtilo ſtigmatibuſque deſtitutum, apice perforatum eſt. Stamina tum alternatim antheram foramini imponunt, explodunt pollinem, recedunt ad corollam reliquis pari modo ſuccedentibus: hæc egregia obſervatio quam confirmavimus debetur immortali Linnæo; Cæterum numerus ſtilorum non eſt conſtans, mox invenio unum apice quadrifidum, mox quatuor ſtilos vere diſtinctos. Germen ſulcatum, coloratum, albo-roſeum, quatuor ſtigmatibus abſque ſtilis terminatum; nunc video omnes anthæras ſupra ſtygmata fornicis modo approximatas: capitula ciliorum lutea diaphana, glabra, pro quoque nectario duodecim cilia inæqualia.

232. Rorella Rotundifolia. Folia plurima radicalia, longe petiolata, rotundata, obtuſa, una facie, glabra, altera piloſa, pilis globuligeris purpureis. Caulis nudus ſeu ſcapi radicati. Flores ſubſpicati, pauci, unilaterales. Calyx quinquefidus. Petala quinque alba. Fructûs capſula unilocularis, apice quinquevalvis: Semina plurima. Stamina quinque. Piſtili quinque.

Droſera rotundifolia L. in palludoſis circa *Grodnam*, collecta cum ſequenti in loco dicto *Lipſk*. florebat Junio; perennis.

233. Rorella Longifolia. Similis præcedenti, differt oliis ovato oblongis ſeu ellipticis.

Droſera longifolia L. ſemper inveni mixtam cum præcedenti, ſed citius florentem.

Obſ. Etiam ardente ſole, a plurimis diebus folia Rorellarum, ſemper humiditatè madent: ſunt acria, cutem ulcerantia.

234 *Statice Armeria* L. Communis in campis arenoſis & in ſylvis; florens a Junio ad ſeptembrem. *Grodnenſis*: perennis.

Obſ. Vagina ſcapi mihi videtur formata ex ſquammis inferioribus calycis communis, prolongatis. Flores pedicellis breviſſimis ſuſtinentur. Calyx proprius campanulato-tubuloſus propriè conflatur ex duobus calycibus agglutinatis, uno viridi quinquedentato, dentibus rubris, altero albo per lucido, papyraceo, intus cum viridi aglutinato. Petala ſæpe unguibus agglutinata

ſtamina unguibus inſerta. Antheræ didymæ ſuteæ ; in petalis unitis video filamenta duorum ſtaminum agglutinata , juxta majorem ſuam longitudinem. Stili baſi villoſi , ſtigmata nulla : in pluribus ſpeciminibus inveni flores tetrapetalos , tetrandros , tetraginos ; frequens eſt etiam circa *Grodnam* varietas ſcapo altiſſimo , foliis craſſioribus , ſucculentis , quam ſæpe inveni floribus lacteis.

235 *Linum uſitatiſſimum* L. advena planta , frequens non ſeminata in arvis prope *Crodnam*. Florens Junio : annua.

Obſ. Decoctum Seminum lini contuſorum in *Diſſenteria* pluries nobis leniens medicamentum obtulit: oleum præſtans in Colicis , nephritide , rhumatiſmo.

236. *Linum Catharticum* L. frequens in arvis prope *Grodnam* infra ſylvam *Volmeri* : florebat Julio : annua.

Obſ. Herba amara recens ad dragmam decocta purgans egregium ſabſque torminibus. Poſt fecundationem ſtili tali modo ſeſe tangunt , ut oculo nudo unus tantum appareat Germen jam erat in plurimis ramis magnum ; ſcilicet capſula quinque valvis decem locularis : in plurimis ſpeciminibus , invenio folia ſolitaria ad originem ramorum ; in omnibus folia ſuperiora ſunt lineari-ſetacea.

237. *Lythrum ſalicaria* L. communis propè *Grodnam* juxta ripas amnis *Loſoſnæ* & alibi : florens fine Julii : perennis. Planta adſtringens auſtera , jam centies in *Diarrhœis* cum debilitate inteſtinorum & in diſſenteriis poſt elapſum tempus irritationis , utiliter præſcripta , ſub forma pulveris , & decocti : pro parandis coriis pulvis etiam inſervit. Boves hanc herbam libenter comedunt.

238. Lithrum hyſſopifolio. Ex radice plurimi caules erecti , dodrantales , parum ramoſi. Folia alterna glabra , linearia , glauca. Flores axillares ſolitarii , aut bini , ſeſſiles. Calyx decem aut duodecim fidus ſegmentis quinque , aut ſex rectis latis : ſex aliis gracilibus , reflexi. Ex ſummo calyce petala quinque aut ſex roſea. Stamina ſex , ſtilus unus in fundo calycis : fructus cylindricus bilocularis , polyſpermos.

Lythrum hyſſopifolia L. inveni circa *Grodnam* juxta ripas ſtagni *Jeziory* , florebat Auguſto : annua.

239. Peplis Portulacæ folio. Caules angulosi ſerpentes , pedales , ſæpe radiculas ad nodos producentes. Folia oppoſita ſubrotunda , ſucculenta. Flores ſeſſiles , axillares ,

Calyx campanulatus magnus, ore duodecimfido, segmentis sesqui-alternis recurvis. Petala sex elliptica fugacea, purpurea, calyci inserta; stamina sex, stilus unus. Fructus capsula conica bilocularis; semina plurima.

Peplis portula L. inveni prope Grodnam in pratis paludosis, loci dicti *Karolin*: florebat Augusto: annua, Plerumque in hac specie deficiunt petala, quia cadunt immediate post expansionem calycis; sed antea evolve foliola calycis cum acicula, certe observabis petala.

240. Sagina breviflora. Caulis ramosus, biuncialis, rams procumbentibus. Folia basi connata, oppositа linearia superiora, fasciculata. Pedunculi uniflori. Foliola calycis quatuor, acuta. Petala quatuor calyce breviora, alba ovata. Stamina quatuor. Stili quatuor.

Sagina Procumbens L. sat frequens in arvis prope *Grodnam*; florens Julio: Annua.

241. Alsine breviflora. Caulis biuncialis erectus, pilosus. Folia linearia, pilosa. Flores paniculati, pedunculis pilosis. Calycis folia pilosa. Petala lanceolata, integra, calyce breviora. Stamina quinque. Stili tres. Capsula turbinata, trivalvis. *Alsine Viscosa Schreberi* florentem collegi aprili in vallibus Horodnicæ: annua.

242. *Stellaria Graminea* L. communis in omnibus sylvis, inter frutices. Grodnenſis: florens Junio: perennis.

Obs. Huc venit varietas in paludosis locis frequens, foliis angustioribus, caule breviori procumbente, quæ est *Alsine* folio gramineo angustiore. *Palustris: Dillenii apendix.*

243. Stellaria breviflora. Caules debiles ramosi. Folia tenera, sessilia: inferiora ovata, superiora lanceolata, omnia glauca & glabra. Flores terminantes. Pedunculi uniflori, & biflori. Calyx argute lanceolatus. Petala parva, vix calyci æqualia, ad unguem bipartita; capsula ovata subangulosa.

Est *Alsine* aquatica folio *Gratiolæ* stellato flore Dillenii Cat. Ien. *p.* 58. Collegi in aquosis *Horodnicæ* prope *Grodnam*, florebat Majo: annua.

244. Stellaria ciliata. Caulis cubitalis, fragilis, brachiatus. Folia lanceolata, serrulata, seu nervo & oris ciliata, unde scabra. Pedunculi pauciflori. Flores magni. Calyx ovato lanceolatus. Petala alba cordiformia, semit bifida. Capsula sex valvis.

Stellaria Holoſtea L. paſſim in ſylvis prope *Grodnam Grandzieze*, florebat Majo, Junio: perennis.

245. Stellaria Cordata. Caulis tripedalis. Folia cordata & ovato-lanceolata, ima petiolata, ſuperiora ſeſſilia, ciliata. Pedunculi uniflori. Calycis foliola glabra, ovato-lanceolata, oris albis. Petala calyce duplo longiora uſque ad unguem diviſa, bracteæ ovato-lanceolatæ duæ ſubquolibet flore, ſtamina decem. Stili tres. Capſula cornuta, ſeu ex baſi rotunda in cylindrum producta, apice decem dentata.

Stellaria nemorum L. frequens in ſylvis prope *Grodnam*.

246. Gypſophila pulpoſa. Caulis erectus pedalis. Folia lanceolato-linearia, obſolete triquetra, levia, obtuſa ſecunda, glauca, pulpoſa. Flores corymboſo-faſtigiati. Calyx monophyllus campanulatus, angulatus. Petala alba ovata. Capſula globoſa unilocularis.

Gypſophila Faſtigiata L. ſat frequens in monticulis arenoſis juxta *Niemen* prope *Grodnam*, florens Julio: perennis.

247. Gypſophila purpurea. Caulis dichotomus ramoſiſſimus quadriuncialis. Folia ſubulata, plana. Calyx campanulatus. Petala roſea lineis purpureis picta crenato-emarginata. Flores ſparſi, pedunculi longi uniflori.

Gypſophila muralis L. communis in arvis prope *Grodnam*, florens Auguſto: annua.

248. Arenaria trinervia. Caulis hirſutus, ramoſus, ſemipedalis, durus. Folia ovato-lanceolata, trinervia, quinque nervia, ſubhirſuta, petiolata. Pedunculi longi uniflori. Calyx lanceolatus. Petala alba, anguſta, calyce breviora. Stamina decem. Stili tres, Capſulæ conicæ pendulæ.

Arenaria Trinervia L. inveni in paſcuis prope *Horodnicam* florentem Majo: annua.

249. Arenaria breviflora. Caules ſemipedales procumbentes ramoſiſſimi. Folia ovato-lanceolata, acuta, ſeſſilia, ſubhirſuta, ciliata. Pedunculi uniflori. Flores parvi, petala anguſta calyce breviora. Stamina decem, ſtili tres.

Arenaria Serpylifolia. L. communis in arvis prope *Grodnam*: florens Junio: annua.

250. Arenaria rubra. Caulis ramoſiſſimus, proſtratus. Folia linearia, filiformia firmula. Stipulæ membranaceæ, ſiccæ ovato lanceolatæ, vaginantes. Pedunculi axillares, breves, uniflori. Calyx viſcidus lanceolatus. Petala ovata, cava, purpuraſcentia. Stamina quinque. Stili tres.

Arenaria Rubra. L. communis in arvis prope *Grodnam*, florens Julio, Auguſto : annua.

251. Spergula Nodoſa. Caules quadriunciales, proſtrati, ramoſi, nodis tumidis. Folia oppoſita ſubulata, pulpoſa, viridiſſima, inferiora uncialia, ſuperiora brevia faſciculata. Pedunculi uniflori terminantes ramos. Flores erecti, calycis foliola ovato-lanceolata, petala integra lactea. Stamina decem, ſtili quinque ; capſula piliformis, quinque valvis : ſemina reniformia rugoſa.

Spergula nodoſa L. communis in pratis uliginoſis prope *Grodnam Loſnæ*, florens Julio : annua.

252. Ceraſtium maximum. Caulis quadrangulus, ramoſus, debilis. Folia inferiora petiolata, ſuperiora ovato-lanceolata, ſeſſilia cordata, Flores ſolitarii. Calyx ovato-lanceolatus hirſutus. Petala calyce multo majora, uſque ad unguem inciſa ; ſtamina decem ; ſtili quinque, capſulæ ſubrotundæ, nutantes, ſeu pendulæ.

Ceraſtium Aquaticum L. communis in uliginoſis ſylvarum prope *Grodnam* juxta *Niemen*, florens Auguſto : perennis.

253. Dianthus multofidus. Caulis erectus cubitalis, nodoſus. Folia graminea, in medio lateſcentia : flores paniculati : ſquammæ calycinæ breves acuminatæ. Corollæ multifido-capillares, ſubviolaceæ aut albæ, ſuaviſſimi odoris.

Dianthus Superbus. L. paſſim propæ *Grodnam*, in ſylvis juxta *Niemen*, florebat Auguſto : perennis.

254. Dianthus uniflorus. Caules vix palmares, uniflori, ſimplices. Folia linearia, brevia, anguſta, copioſiſſima ; ſquammæ calycis ovatæ, obtuſæ. Petala alba, multifida, ultra medium diſci diviſa, baſi macula livida tincta, pilis purpuraſcentibus aſperſa, odoris ſuaviſſimi.

Dianthus Arenarius L. communis in campis arenoſis prope *Grodnam*, florens Junio : perennis.

255. *Saponaria officinalis* L. communis circa *Grodnam*, in humidis locis ; florens Junio, Auguſto : perennis.

Obſ. Varietas floribus albis etiam frequens. Planta amara, magnam quantitatem ſaponis vegetabilis ſuppeditans. Sapo decoctum foliorum & radicum nunquam ſatis laudanda in *Rheumatiſmo*, *Ictero*, *Chloroſi*, *Scabie*, *Herpetibus*.

256. *Saponaria vaccaria* L. advenam plantam una vice obſervavi in arvis circa Hortum Botanicum : an allata cum ſeminibus frumenti ? an elapſa ex horto ? Frequens

obſervatur inter ſegetes circa Varſaviam, floret Junio: annua.

257. Cucubalus Bacciferus. Caulis ramoſus, ramis divaricatis, ſeu ad angulos fere rectos naſcentibus. Folia ovato-lanceolata. Pedunculi uniflori, quaſi refracti. Calyx inflatus, campaniformis. Petala diſtantia, ſerrata. Fructus capſula unilocularis, globoſa, colorata, mollis.

Cucubalus Bacciferus L. inveni prope *Grodnam* in ſylva *Grandzicze*, florebat Junio: perennis.

Obſ. Jam fructum exhibebat initio Auguſti, ſcandit inter arbores ad altitudinem octo pedum. Caulis fiſtuloſus a nodo ad nodum, laceratus ingratum ſpargit odorem. Calyx fructus inflatus, campanulatus. Capſula ſingularis, ante perfectam maturationem ſuccculenta, duplici cortice formata, exterior cortex ſiccus, fragilis, niger, facile ſeparabilis; interior præcedenti contiguus, involvit ſemina plurima reniformia, nigra, glaberrima, placentæ albæ adhærentia.

258. *Cucubalus behen.* L. communis in pratis prope *Grodnam*, florens Majo, Junio: perennis.

Obſ. Calycis dentes breviſſimi, inter duos pedunculos multifloros unus invenitur uniflorus. Bracteæ marceſcentes, nodi inflati. Stili longiſſimi.

259. Cucubalus viſcoſus. Caulis pedalis, erectus, ſimplex, villoſus, ſuperne viſcoſus. Folia radicalia, anguſto lanceolata, fere glabra: caulina amplexicaulia, ſubundulata, lateribus reflexa, viſcoſa, villoſa. Pedunculi triflori. Flores decumbentes undique nutantes. Calyx cylindricus, decagonus, viſcidus. Petala alba, bipartita. Stamina corolla longiora. Stili tres, corolla longiores. Capſula ovata unilocularis.

Cucubalus Viſcoſus L. collegi in loco dicto *Loſoſnæ* prope Grodnam, florebat fine Junii, biennis.

Obſ. Tota planta villoſa. Folia caulina ovato-lanceolata: viſcoſitas præſertim notabilis verſus extremitatem. Antheræ ſubvirides. Styli longiſſimi. Capſula elongata in plurimis ſpeciminibus. Petala rubro-alba.

260. Cucubalus dioicus. Caulis erectus cubitalis, ſuperius brachiatus, viſcidus. Folia radicalia numeroſa, petiolata, ovato-lanceolata; caulina lineari lanceolata. Flores paniculato-verticillati ſexu diſtincti. Calyx tubuloſus, lineatus. Petala linearia indiviſa. Capſula trilocularis.

Cucubalus Otides L. ſat frequens in paſcuis ſterilibus

prope *Grodnam* juxta *Niemen Poniemun*: florens Julio: perennis.

261. Cucubalus hermaphroditus. Caulis pedalis rubro-vinosus. Folia caulina opposita, lineari-lanceolata, minoribus fasciculatis, axillaribus. Folia radicalia erecta: numerosa, rubescentia, breviora, firma, succulenta. Flores axillares racemosi. Bracteæ brevissimæ lineares, setaceæ adbasim cujusque pedunculi. Calyx brevis subventricosus. Petala quinque linearia, alba, integra, vix a filamentis staminum distinguenda. Stamina decem, plerumque quinque absque antheris. Germen minimum.

Florebat initio Julii: prope Grodnam, in monticulis arenosis juxta *Niemen*. Habitu similis cucubalo otidi. An simplex varietas *Cucubali otidis*?

262. Cucubalus secundus. Ex una radice fusiformi, contorta, fulva, caules tres erecti, simplices. Folia radicalia plurima, ex longo petiolo, latescentia, lanceolata, juxta longitudinem nervi subplicata. Folia caulina opposita, sessilia, subulata, cauli apressa, nodi rubentes, inflati. Flores uno versu dispositi, Pedunculi multiflori, axillares, pedicelli erecti. Bracteæ duæ brevissimæ ad basim cujusque pedicelli. Calyx cylindricus vix inflatus, albescens, decem striis vix proeminentibus angulatus, quinque dentatus dentibus brevibus. Petala quinque unguibus albescentibus calyce, brevioribus, Laminis bipartitis, intus albescentibus, extus viridibus, versus stamina revolutis. Stamina decem, quinque calyce breviora, quinque corolla longiora. Antheræ longiorum transversæ, breviorum erectæ, omnes sulcatæ, albescentes. Stili tres longitudine calycis. Stygmata vix distincta, rubro-vinosa.

Videtur Cucubalus tataricus L. frequens in monticulis arenosis juxta *Niemen* prope Grodnam florebat 15. Junii: perennis.

263. Silene umbellata. Caules erecti, pedales, ramosi, glabri superne viscidi. Folia glauca: caulina cordata; omnia glabra. Flores subumbellati. Calix longissimus, tubulosus, lineatus, rubens, basi gracili. Petala emarginata, serrata, suaverubentia, auriculata. Fructus Cylindricus, trilocularis.

Silene armeria L. Inveni florentem initio Augusti in arvis arenosis duobus milliaribus a loco dicto *Merecz*, prope viam publicam quæ tendit *Vilnam*.

264. Lychnis viscosa. Caulis cubitalis, erectus simplex

viſcidus. Folia glabra, ovato-longe-lanceolata: flores racemoſi, racemo terminali ex verticillis peracto. Calyx rubens, tubuloſus, flore longior, breviter quinque dentatus. Petala purpurea ſubemarginata. Capſula conica quinque locularis. Semina reniformia, ſtili quinque.

Lychnis Viſcaria L. communis in ſylvis prope *Grodnam*: Florens Junio, Julio: perennis.

265. *Lichnis dioica* L. communis in arvis & pratis prope *Grodnam*, florens tota æſtate: biennis.

Obſ. Non rara ſunt prope *Grodnam* ſpecimina floribus hermaphroditis, inveni etiam floribus hermaphroditis & maſculinis; in his erant ſtamina tantum octo; ſæpe inveni ſpecimina fœminina, cum duobus tantum ſtilis: decima Auguſti obſervavi fœminam Lychnidis dioicæ in quæ omnibus floribus exhibebat ſexſtylos.

266. *Agroſtemma Gitago* L. communis inter ſegetes, florens Junio. *Grodnenſis*: annua.

Obſ. In arenoſis locis ſpecimina inveniuntur caule filiformi ſimpliciſſimo, unifloro, vix palmari, Foliis anguſtiſſimis, Calyce corollam ſuperante, Petalis carneis.

267. Geranium purpureum. Caulis diffuſus ſubprocumbens. Folia quam in pratenſi obtuſiora ſimpliciora, minus profunde ſecta, ſeu quinqueloba, inciſa. Flores pauciores magis ſparſi, Pedunculis biſloris, longiſſimis, declinatis. Petala maxima purpurea, integra. Calyx lineatus glaber.

Geranium paluſtre L. in pratis juxta amnem *Loſoſnæ*, florens Junio: perennis.

268. Geranium cæruleo-purpureum. Habitus præcedentis, ſed foliola latiora minus profunde ſecta, ſemiquinquelobata, lobis acute ſerratis, ſemitrilobatis. Petala emarginata ex cæruleo-purpurea, cum venis ſaturatioribus. Capſulæ ſubhirſutæ.

Geranium ſylvaticum L. communis prope *Grodnam* in ſylvis juxta *Niemen* florens Julio: perennis.

269. Geranium viſcoſum. Caulis decumbens ramoſus, debilis, viſcoſus. Folia ſemiquinque loba, lobis tridentatis, & quinquedentatis, circumſcriptione reniformia. Pedunculi biflori. Bracteæ minimæ. Calyx hirſutus, ariſtatus. Petala purpurea, venoſa, integra, longitudine calycis.

Geranium rotundifolium L. frequens in arvis cultis

prope *Grodnam*, florens fine Auguſti: annua. *Geranium puſillum Linnæi* petalis bifidis, cæruleis. Foliis reniformibus, palmatis linearibus, acutis, quod etiam frequens eſt prope *Grodnam* in arvis, non mihi videtur diſtincta ſpecies à *rotundifolio*.

270. *Geranium cicutarium* L. ubique prope *Grodnam* in arvis cultis, florens Majo, Junio: annua.

Obſ. Specimina minima inveniuntur vix palmaria, foliis vix hirſutis, caule proſtrato; alia etiam frequentia circa *Grodnam* caule ſuberecto pedali, Foliis villoſis, roſtro capſularum longiſſimo, quæ vix cum *cicutario* Linnæi ſub eodem nomine deſignari poſſunt.

271. Saxifraga lutea. Cauliculi vix pedales, ſimplices, ſub flore hirſuti, erecti. Folia alterna lanceolata, ima latiora, ſubovata. Calyx expanſus, ſubhirſutus. Petala quinque magna, ovato-lanceolata, flava, maculis croceis notata. Germ. ſuperum. Fructus bilocularis ovatus, bicornis, nitens, ſemina ovata, acuminata, lucida.

Saxifraga hirculus. L. in pratis paludoſis circa *Grodnam Lipsh*, florebat Majo: perennis. Petala ad baſim gerunt lacunam oblongam nectariferam, ſeu imam bivalvem, apicibus acutis.

272. *Saxifraga granulata* L. communis prope *Grodnam* ubique in paſcuis florens initio Maji: perennis. Bulbuli ſeparati novas plantas producunt. Maſticata folia mitia ſunt ſubacida, contuſa in *phlegmonibus*, & *hemorroidibus* utile cataplaſma largiuntur; vix tangunt herbam pecora.

Obſ. Frequentia ſunt circa Grodnam ſpecimina minora, quorum folia omnia ad paginam inferiorem exhibent denſa puncta, crocei coloris, quaſi herpetica.

273. *Saxifraga tridactylites* communis, in arvis prope Grodnam: Florens initio Maii: annua.

274. Sedum complanatum. Radices, grumi olivares ad originem ramorum, adnaſcuntur. Caules pedales erecti. Folia planiuſcula, patentia, ſerrata. Flores corymboſi terminantes, corymbo folioſo denſo. Calyx exiguus parum carnoſus quinquefidus. Petala quinque albeſcentia lanceolata. Stamina decem. Capſulæ quinque purpureæ.

Sedum Telephium L. frequens in monticulis arenoſis prope *Grodnam Loſoſnæ*: florens: Julio: perennis.

275. *Sedum acre* L. communis ubique in pascuis prope *Grodnam* florens Junio: perennis. Succus cum melle mixtus egregie ulcera sanioſa ad ſtatum vulneris recentis reducit; intus præſcriptus, cum ſacharo edulcoratus & dilutus in ſufficienti quantitate aquæ, vomitum & purgationem excitat, ad dragmam unam in ſcorbuto & febre quartana, vere efficax auxilium.

276. *Sempervivum tectorum* L. florebat fine Julii: copioſe in monticulis aridis *Loſoſnæ*, prope *Grodnam*. Succus foliorum aqueo-nitroſus, ſubacris, in *ulceribus ambuſtis*, *rhagadibus*, *hemorroidibus*, jure laudatus, cum melle mixtus in *Aphthis* infantum, pretioſum topicum.

Obſ. Huc veniunt ſpecimina propaginibus globoſis, ſaturate rubentibus. Floribus luteis ſulphureis. An ſint ſempervivum globiferum Lin? Communia ſunt in monticulis arenoſis prope *Grodnam* & *Vilnam*.

277. *Oenothera biennis*. L. Grodnenſis communis ubique, florens Julio: biennis Flores ſpargunt odorem penetrantem.

Obſ. Paſſim inveniuntur in arenoſis locis ſpecimina caule vix ſemipedali, partibus omnibus minoribus.

278. Epilobium hirſutum parvo flore L. Habitus præcedentis, ſed omnia minora; flos dilute carneus. Folia oppoſita lanceolata, ſerrata, ſeſſilia, villoſa.

Grodnenſis communis in pratis humidis *Loſoſnæ* perennis.

Epilobium roſeum. Caulis quadriuncialis, glaber: ſuperius villoſus. Folia inferiora oppoſita, ſuperiora alterna, ovato lanceolata, petiolata, ſerrata, glabra. Flores parvi Petala roſea albicantia, venis ſaturatioribus picta. Stigma clavatum indiviſum. Germen album, villoſum.

Epilobium roſeum SCHREBERI Inveni florentem Auguſto. in paſcuis humidis juxta amnem *Loſoſna* prope *Grodnam*. Perennis.

Epilobium purpuraſcens. Caulis ſemipedalis, teres, glaber, ramoſiſſimus, Folia oppoſita & alterna, lanceolata, glabra, ſerrata, baſi decurrentia, parva. Flores alterni parvi: petala purpuraſcentia. Germen villoſum, pilis breviſſimis. Siliqua longiſſima acute angulata, fere glabra.

Epilobium obſcurum Schreberi frequens prope *Grodnam*

nam juxta ripas ſtagni dicti *Jeziory*. Florebat Julio : perennis.

279. *Epilobium Anguſtifolium* L. Lithuanica in ſylva *Bobrovvſczyznæ*, florens Auguſto : perennis.

Obſ. Frequens eſt etiam varietas circa *Grodnam* flore etiam difformi, ſed foliis anguſtioribus, linearibus, ſubtus reticulatis, Calyce purpureo nigreſcente, flore purpureo & albo. Cæterum Epilobiorum meduila & ſtolones eſculenti, bonum pabulum ſuppeditant pecoribus. Pappus ſeminum cum goſſypio mixtus texi poteſt, & facillime paratur pro tibialibus.

280. Monotropa flagrans. Radix paraſita fagi, aut abietis radicum, ſucculenta, ſquammoſa. Caulis ſimplex, flaveſcens, foliis nudus, ſquammis ovatis aſperſus : flores terminantes ſpicati, ſpica florens cernua, curvata : fruteſcens, erecta, elongata : flores lutei flaveſcentes, cylindrici, vix aperti : foliola calycis quatuor petaloidea, petalis breviora, baſi excavata, mellifera : petala quatuor : ſtamina octo duorum ordinum : ſtilus unus, ſtygmate craſſo excavato ; fructus capſula ovata, ſulcata, quatuor loculis & quatuor valvis : ſemina minima : in flore ſupremo petala, & foliola calycis quinque, ſtamina decem.

Monotropa hypopitis L. *Grodnenſis* ubique in ſylvis, florens Junio, Julio : perennis. Odor primulæ veris penetrans. Planta jam florens vix palmaris, poſtea elongatur ad altitudinem unius pedis. Filamenta ſtaminum villoſa, antheræ griſeæ, magnam quantitatem pollinis ejaculant. Germen magnum. Petala inæqualia ; paſſim inveni ſpecimina petalis albeſcentibus ; vix vere diſtinguuntur foliola calycis, a petalis ; unde plurimi auctores numerant octo petala in floribus lateralibus, & decem in terminali : ex una radice plerumque duo tres & aliquando quatuor caules, ſeu ſcapi oriuntur. Squammæ in juniori planta luteæ, in adulta albeſcentes, in deſſiccata fulvæ, ſed ſemper pellucidæ ; jam flores adſunt in ſcapo vix triunciali.

281. *Paris quadrifolia* L. Grodnenſis ſylvatica communis, florens Majo : perennis. Odor & ſapor aliquid virulenti habent, & narcortici : extus applicata in inflammationibus utilis : certe enecat gallinas : ſat parca doſi baccæ deglutitæ anxietates excitant.

Obſ. Folia nervoſa nervis anaſtomoſi unitis. Pedunculus foliis paulo brevior, foliola calycis lanceolata, inverſa

Petala viridialbescentia, etiam inversa. Antheræ in medio filamenti enatæ albescentes, quatuor linearum longæ. Germen magnum nigro violaceum, angulis obtusis octo exaratum, stili violacei: folia inæqualia, passim quinque & sex sape constituunt verticillum. Caulis basi cæruleſcit: folia fricata inter digitos spargunt odorem sambuco analogum: masticata excitant saporem proprium non mihi ingratum.

282. Pyrola uniflora. Folia radicalia, petiolata, subrotunda, serrata, teneriora. Scapus quadriuncialis uniflorus. Flos nutans sequentibus major. Calyx albus, magnus, segmentis subrotundis. Petala lactea ovato lanceolata, lineata. Stamina reclinata. Stygma maximum quinquefidum.

Pyrola uniflora L. rara propè *Grodnam*. Una vice inveni florentem Junio in sylva *Bobrowszczyzna*. Frequens prope Vilnam. Perennis. Flores spargunt odorem Convalariæ Majalis.

283. Pyrola minor. Folia ac habitus majoris, sed minor, racemus longior, & laxior. Stylus incurvatus. Stygma minus. Stamina sursum reflexa seu ascendentia.

Pyrola minor L. rarior propè *Grodnam*: inveni florentem fine Junii in sylva juxta *Niemenum*. Var. foliis coloratis minimis.

284. Pyrola frutescens. Caulis palmaris, lignosus, ramosus. Folia conferta ad summitatem ramorum, dura, glabra, splendentia, nigro viridia, obverse lanceolata, seu cuneiformia, dentato serrata: ex centro foliorum pedunculus multiflorus. Flores subumbellati. Calyx quinquefidus coloratus. Petala quinque rubra. Antheræ roseæ. Stigma magnum. Stilus brevis. Germen crassum coloratum.

Pyrola umbellata L. sat frequens propè *Grodnam* in sylvis *Lososnæ* & alibi, florens fine Julii, perennis.

285 Pyrola secunda. Radix lignosa, tenuis, alba. Caules plurimi ex una radice quadriunciales. Folia supra radicem in caule crenulata, serrata, subundulata, ovato-lanceolata, subtus læte viridia, supra nigrescentia, splendentia. Flores racemosi uno latere versi, seu secundi. Calyx minimus albescens. Petala alba concava conniventia. Antheræ albæ. Stamina petalis longiora. Stylus rectus longior corollâ & staminibus. Stigma crassum undulatum. Bracteæ minimæ lanceolatæ, floribus oppositis.

Pyrola secunda L. florebat fine Junii propè *Grodnam* in sylva *Grandzicze*: perennis.

286. *Æſculus Hyppocaſtanum* L. arbor exotica nunc circurata in tota Europa : jam excelſas inveni in horto Dominicanorum *Grodnæ* & alibi. Floruit initio Junii : Folia hujus arboris non tam defædantur ab erucis in Lithuania ſicut in Gallia : caſtaneæ coctæ farinam pro ovibus nutritivam copioſè largiuntur : ex iiſdem facili encheriſi gluten ſaponaceum obtinetur, utile pro mundatione linteorum : cortex amarus valet pro debellandis febribus intermittentibus.

287. Ledum Graveolens. Frutex caule cubitali, ramoſo, & ramis teretibus glabris. Folia alterna, perennia, petiolata, lanceolata, longitudinaliter revoluta, ſubtus hirſuta pilis intricatis, ferrugineis, Flores corymboſi. Calyx parvus quinqueſidus. Petala quinque patentia, ovata concava, alba. Stamina decem. Stilus unus. Fructûs capſula ſubrotunda, quinque locularis, cernua, baſi quinquefariam dehiſcens.

Ledum paluſtre L inveni circa *Grodnam* in paludoſis locis ſylvæ *Bobrowſkczyzna* Florebat fine Maji : Folia fœtida, nauſeoſa, amara. Florum odor gravis, & penetrans etiam ad magnam diſtantiam, certe cephalalgiam prompte excitans. Decoctum arcet Boum & ſuum pediculos illitum : rami pellunt cimices. Oleum per deſcenſum cum cortice betulæ, corio Ruſſico odorem conciliat ; loco humili in cereviſia conficienda producit horrendas *cephaleas* : tinea & ſcabies lavacro tollitur ; tuſſis ferina involucro mitigatur : *hæc omnia auctoritate* Linnæi.

Obſ. Rami flexibiles ferè nudi, nam folia & flores evolvuntur, verſus extremitatem. Antheræ albæ. Calyx minimus. Pedunculi nutantes. Germen turbinatum, glutinoſum, viride.

POLYPETALÆ MULTI-STAMINEÆ.

288. *Tilia Europæa* L. communis in ſylvis Lithuaniæ prope *Grodnam* juxta *Niemen* : florens Julio : Arbor poſt ducentos annos jam decrepita ; lignum album, leve, pro ſcriniis tabulis & operibus tornatorum utilissimum. Cortex telas rudes, vincula, & funes ſuppeditare poteſt. In Lithuania omnes ruſtici calceos ex ligulis corticis ſibi parant, trabes etiam leviſſimos complanato eodem peragunt. Flores ſuaveolentes, apibus eximium mel ſuppeditant : unde vinum polonicum *Lipiec* dictum optimum, in diſtrictibus quorum ſylvæ maximam quantitatem offe-

runt. Infusio florum in *cephalalgia* jure laudata : fructus contra dissenteriam sub fine morbi , lene pretiosum adstringens.

289. *Hypericum perforatum* L. ubique propè *Grodnam* in agris, florens initio Julii : perennis. Flores oleum essentiale , copiosum , flagrantissimum , rubrum , largiuntur ; infusio florum cum vino , certis observationibus probata in ulceribus internis & externis , in nonnullis *Diarrhœis* , in levitate intestinorum post *Dissenteriam* , in *hypochondriosi* quotiescunque adest *fabura* in primis viis. Flores inficiunt oleum , & spiritum carmesino colore ; herba cum lana in alumine macerata , illam satis pulchro flavo colore tingit. Flores fricati tingunt digitos colore cæruleo : cæterum species diversa quoad habitum juxta varias ætates , primo anno caules simplices & folia minora producit.

290. *Hipericum humifusum* L. communis in omnibus arvis arenosis prope *Grodnam* , florens Julio , Augusto : annua.

Obs. Ex radice fusca , ramosa , plurimi caules prostrati, inæquales. Pedunculi longitudine foliorum , rara puncta nigra in foliolis calycis. Antheræ parvæ , luteæ , transversim positæ. Stili tres inversi. Germen magnum.

291. *Hypericum montanum* L. non rara circa *Grodnam* in sylvis juxta *Niemen* , florens initio Augusti : perennis.

Obs. Huc reduco specimen , caule bipedali , rubescente , simpliciſſimo , rotundo , Foliis oppositis , subrotundis , subtus albescentibus , nervosis , punctis nigris ad margines notatis. Calycis foliola obtusa , non ciliata. Petala brevia , extus pulchre punctis nigris picta. Stili tres. Flos unicus , terminans caulem , foliis floralibus circumvallatus. Florebat 17. Augusti , propè *Grodnam* , in aquosis *Lososnæ*. Videtur Caryophyllus palustris , foliis subrotundis , incanis, floribus aureis , MENTZ , pug. t. 7. f. 3. unde affinis Hyperico elodi , sed in nostro , certè caulis non repit.

292 *Euphorbia palustris* L. passim in pratis uliginosis , propè *Grodnam* , in sylva *Bobrowszczyzna* & juxta *Niemen* , florens Julio : perennis.

Obs. Vicina est species , caule sublignoso , bipedali , inferius rubescente, Radice longa , lignosa , Foliis caulinis alternis , lanceolatis , integerrimis ; ramorum folia sunt

linearia : Pedunculi generales , naſcuntur ex axillis omnium foliorum caulinorum ; in extremitate caulis octo pedunculi generales , verticillum formant. Involucra & involucella cordato-acuminata ; ex his duo pedicelli ſteriles oriuntur. Collegi octava Auguſti , in arvis prope *Grodnam.*

293. *Euphorbia helioſcopta* L. communis in agris cultis propè *Grodnam* ; annua. Juxta Linnæum ſuccus corroſivus , exulcerans inſtar cantharidum , verrucas , clavos odonthalgiam tollit ; editur ab ovibus , ſed facit *diarrhœam* , non vero a bobus , & carnem odore ingrato afficit : juxta *Hallerum* Sapor lactis ſubſalſus non acris ; tingit cartam cyaneam.

Obſ. Sæpe inveni ſpecimina , vix triuncialia, perfecta , colorata , rubeſcentia : in his radii umbellæ breviſſimi , lente ſtamina evolvuntur , numeravi variis temporibus , a ſex ad duodecim. Umbellæ radii non ſunt conſtantes , verè flores omnes fertiles , hermaphroditi.

294 Tithymalus Anguſtifolius. Caules pedales, folioſi. Folia linearia ſubtus carinata. Umbella multifida , dichotoma. Involucella , ſeu bracteæ , ſub flore cordiformia numeroſa ad decem. Petala lunata cornubus brevibus : ſtamina pauca ad decem : Capſula levis.

Euphorbia cyparitias L. nunquam obſervavi in Lithuania , frequentem inveni in arvis propè *Varſaviam* : floret initio Junii : perennis.

Obſ. Sume folia Euphorbiarum noſtratium , ſicca in fornace , pulveriſa , ſerva in loco ſicco per integrum annum , miſce cum ſucco Glycirhizæ , habebis ſimili doſi catharticum , prorſus ſimile Jalapo , & præſtantiſſimum medicamentum contra febres intermittentes , herpetes , ſcabiem, opthalmias feroſas, cephalleas, Rheumatiſmos frigidos.

295. *Chelidonium majus* L. frequens propè *Grodnam* inter rudera urbis florens Majo & Junio : perennis. Rupta folia ſtillant humorem flavum , amarum , acrem , ingratum , & proprium ſpargentem odorem , qui ſæpius cum utili effectu in ulceribus ſanioſis a nobis fuit præſcriptus ; pulvis foliorum in *chloroſi* , *ictero chronico* , aliiſque obſtructionibus utile , & pretioſum offert practicis auxilium ; ſed nunquam ſuccum recentem intus ſuaderem ; vidi etenim poſt ſimilem adminiſtrationem anxietates , & *cardialgias* atroces exortas.

Obſ. Caulis fiſtuloſus , aquoſus. Vaſa quæ continent

ſuccum luteum pauca, lente criſtallina, facillime diſtinguenda. Succus iſte, ſuper cutem maculas difficile emendabiles derelinquit. Pagina inferior foliorum albeſcens: calyx ante evolutionem petalorum monophyllus, viridi-luteſcens. Petala ovata. Stamina longitudine petalorum. ſæpe inveni quinquaginta. Filamenta lutea. Pedunculi valde elongantur, poſt caſum corollæ. Petioli & caulis pilis albis, longis, intricatis, onuſti. Calyx raris pilis hirſutus. Bracteæ ſicut involucrum ad ſummitatem pedunculi generalis. Radix ſublignoſa, nigreſcens; mitior eſt ſuccus luteus ante evolutionem floris.

296. *Papaver ſomniferum* L. magna copia colitur in Lithuania, unde ſæpe ſpontaneum invenitur, humor lacteus copioſus inciſione & contuſione ex foliis, & capſulis nondum maturis obtinetur, qui leni evaporatione *opium* optimum nobis conceſſit, ſed debilius, vix enim quadruplici doſi ſomnum conciliat. Lithuani noſtri ſtupendam quantitatem ſeminum papaveris hujus comedunt. Flores, capſulæ & ſuccus omnes indicationes rite adimplent quotieſcumque in morbis acutis & chronicis lenimen dolorum tranquillaſque noctes, medici ægrotantibus ſuis deſiderant; cæterum papaver magnam quantitatem ceræ apibus largitur.

297. *Papaver dubium* L. ſat frequens prope *Grodnam* inter ſegetes, florens fine Junii: annua. Iſtius etiam ſuccus amarus, nauſeoſus; igitur ſuccedaneus Rhœadis rarioris.

Obſ. Ex una radice, caules decem, multiflori. Folia fere glabra, nervis tantum hirſutis in una pagina, rari tamen pili obſervantur. Filamenta nigra, antheræ ſubluteſcentes. In variis floribus unius individui, inveni ſtygmata ſeptem, octo & novem. Non rara eſt etiam circa *Grodnam* varietas flore albo.

298. *Papaver* argemone L. communis in arvis prope *Grodnam*, florens Junio: annua. Succus etiam amarus, nauſeoſus.

Obſ. Folia caulina tripartita, pinnatifida, ſubſeſſilia. Caulis ramoſus. Capſulæ ſulcatæ, anguloſæ. Color petalorum non eſt conſtans; inveni ſpecimina crocei coloris.

299. *Nymphæa lutea*, L. communis prope *Grodnam*, in omnibus aquis ſtagnantibus aut lente fluentibus, Loſoſnæ & alibi, florens Majo, Junio: perennis.

Obſ. In pedunculo craſſitudine digiti minimis textu, tenuis celluloſus, fibras diſtinctas, nudo oculo exhibet, veſiculæ iſtæ ſemper ſunt aqua plenæ. Folioſa calycis extus præſertim baſi viridia, ad margines lutea, ſed illorum tota lamina interna lutea; plerumque duodecim petala invenio, obverſe ovata, ſpatulata, nervo eminente, ad medium paginæ ſuperioris. Stamina ultra centum, juxta tres ordines diſpoſita, quorum duo extus inverſi ſuper petala. Antheræ ad latera filamentorum planorum, luteorum. Germen magnum, policare, figuram cucurbitæ exhibens. Stygma planum, ſulcatum, inde ſtellatum. Flos ſuaviſſimi odoris.

300. *Nymphæa alba* L. in aquis, etiam communis prope *Grodnam*, florens Julio; perennis. Utriuſque radix ſubamara, ſubacris, ſed recens: nam deſſiccata mere farinoſa, fatua.

301. *Sagittaria Sagittifolia* L. Communis in aquis, *Grodnenſis*; florens Junio: perennis.

Obſ. Petala magna, unguibus purpureo-violaceis, laminis albis. Stamina innumera, capitulum formantia; filamentis breviſſimis, antheris purpureo violaceis. Flores verticillati: Verticilli ex tribus pedunculis in uno ſpecimine: in floribus imi verticilli, qui exhibet communiter flores fœmininos, enucleavi petala nondum evoluta, inveni conſtanter, ſtamina ſicut in verticillis ſuperioribus, unde crederem plantam iſtam, per accidens evadere monoicam, ſcilicet debilia filamenta, parum numeroſa, cito marceſcere, poſt evolutionem floris. Huc venit varietas etiam ſat frequens, prope *Grodnam*, ſeu Gramen Bulboſum aquaticum. C. B. prod. p. 4. Radices plurimæ, filamentoſæ; ex his naſcitur pedunculus ſemipedalis, vagina folioſa biunciali ornatus, ſupra vaginam profert pedunculus corpus ſolidum, bulboſum, oblongum, maculis plurimis luteis, oblongis tinctum, in fundo viridi, intus ſucculentum humorem lacteum ſat copioſum poſt expreſſionem exhibens, longitudine unius pollicis, craſſitudine quinque linearum. Ex radice naſcuntur plurima folia graminea, aquoſa, ſemipedalia, integerrima plurima talia ſpecimina, variis temporibus examinavi, ſed nullum florens potui invenire. Vigeba ſpecimen deſcriptum fine Maii, in aquis rivi *Horodnicæ*.

302. Stratioites enſiformis. Ex nodo carnoſo, ſuccu-

lento, magnitudine nucis, tot nascuntur radices, quot folia Radices funiculiformes in lutum penetrantes, bipedales, simplices, albæ. Folia longe lanceolata, ensiformia, triangularia, ciliato aculeata, inter folia scapus foliis brevior. Spatha bifolia, concava, tres flores pedunculatos complectens. Calyx triphyllus coloratus. Petala tria albo-carnea, obcordata, calyce duplo majora. Stamina numerosa ad viginti, filamentis brevissimis, antheris simplicibus, luteis, Germen inferum. Stili sex bipartiti. Fructus bacca sex-locularis utrinque attenuata.

Stratiotes Aloides, L. communis prope *Grodnam* in aquosis *Lososnæ*, & alibi; florebat Julio: perennis. Radiculæ & folia tali modo investiunt tuberem radicis; ut vix appareat a radice ad medium folii. Dentes minimi distantes cartillaginei, pungentes; antiqua folia fragilia, nova involventia scapum, mollia, lætius viridia, rigorose calyx est monophyllus, trifidus: in meis pleræque specimina inveni hermaphrodita, in paucis observavi flores tantum fœmineos, sed in istis erant filamenta brevissima staminum, circa germen: affinitate naturali cum palmis plantis exoticis, hæc species amandanda. Fœni mesoribus nudis pedibus aquam intrantibus, aculeis infesta; vermes copiosissimos sustentat & alit.

303. Hydrocharis rotundifolia. Caules natantes. Folia aquæ imposita, coriacea, rotundata, reniformia. Flores dioici, seu mas & fœmina in diversis stirpibus. Pedunculi axillares ex varginis bifoliis, seu spatha diphylla in mare & fœmina. Calyx parvus, trifidus. Petala tria, diaphana, alba, unguibus luteis, patula, rotundata. Mari stamina novem, antheris gemellis, sex exteriora breviora, extrorsum curva, tria interiora setam ex basi emittentia, seu stilifera: fœminæ stili sex. Fructus capsula sexlocularis, polysperma, infera.

Hydrocharis morsus ranæ, L. communis in aquis lente fluentibus, *Lososnæ*, & alibi: florebat fine Julii: perennis. Potius multiplicatur stolonibus gemmiferis, quam seminibus.

304. *Alisma plantago Aquatica* L. communis prope *Grodnam* in locis uliginosis, florens Angusto perennis.

Obs. Sæpe petala alba, aut liliacea, & bifida, Sta-

mina petalis breviora, Bracteæ ſiccæ ſub pedunculis. Fructus concavus, ex capſulis revolutis. Frequens eſt varietas, foliis non ovatis, ſed lanceolato acuminatis, latitudine octo linearum, longitudine ſex pollicum; in iſta rariores ſunt flores, duo tantum verticilli remoti. Petala rubra, minima. Germina plurima, capitulum formantia, quodque germen triſulcatum. Florentem inveni initio Junii, in aquis Loſoſnæ. Mihi videtur intermedia ſpecies, diſponenda inter Plantaginem & Ranunculoidem.

305. *Aliſma ranunculoides* L. paſſim invenitur in foſſis prope *Grodnam* florebat Julio: perennis.

Obſ. In ſylva prope *Grodnam* octava Junii, in paludoſo loco, inveni ſpecimen ſingulare, quod hic deſigno futuris Botanicis, nam diſſectionem peregi floris nondum aperti, unde tutum genus non potui obtinere; in hoc caulis ſingulariter contortus. Folia verticillata, tria aut quatuor, lanceolata, ſucculenta, glaberrima, quinquenervia, ſupra alia alterna folia lanceolata anguſtiora; in centro foliolorum quinque, approximatorum, ſubvilloſorum, inveni glomerulos duos goſſypio obductos, acicula evolvi unum, obſervavi tres laminas petaloideas interius, tres alias virides exterius, Sex ſtamina antheris magnis.

306. *Ciſtus helianthemum* L. communis ubique in paſcuis circa *Grodnam*, florens Majo, Junio.

Obſ. Baſis caulis rubeſcit, & ſæpe inveniuntur ſpecimina, caulibus & foliis rubris. Huc veniunt, etiam ſpecimina foliis magnis, longitudine unius pollicis, nigreſcentibus, vix villoſis.

307. *Actea Chriſtophoriana* L. communis in ſylvis prope *Grodnam*, in umbroſis locis, florens initio Julii; perennis. Radix lignoſa acris, baccæ nauſeoſæ, fœtidæ, venenatæ; ſuccus baccarum cum alumine coctus, dat colorem nigrum. Odor foliorum vix ullus. Sapor ſub receſſu amaro-acris, ſubadſtringens, proprius.

Obſ. Lobi foliorum inæquales, dentato-ſerrati, dentibus magnis. Pedunculi albi, diaphani, apice incraſſati. Petala anguſta, nivea, alba. Stamina ſexdecim ad viginti quatuor inveni in variis ſpeciminibus. Antheræ albæ. Stilus nullus. Stigmata & germina alba, Bracteæ lineares, ad baſim cujuſque pedicelli.

Pauci flores ſeu ſex in quoque racemo; ſæpe infra ramum, pedunculum ferens, invenio duos flores ſeſſiles.

308. *Prunus ſpinoſus* L. nunquam inveni circa *Grodnam*, obſervavi in diſtrictu *Brzeſcienſi*, floret Majo. Cortex in febribus intermitentibus pretioſum etiam ſuppeditat auxilium, poſt toleratos aliquos paroxiſmos; flores recentes, homines delicatiores ſat bene purgant. ſuccus fructuum immaturorum ſpiſſatus acacia dicta germanorum in diarrhæis chronicis optimum adſtringens, druparum maturarum ſuccus, addita ſufficiente quantitate aquæ, poſt fermentationem vinum non ingratum largitur, ex quo etiam ſpiritus ardentes eliciuntur,

309 *Prunus avium* L. frequens in ſylvis circa *Grodnam*, florens Aprili, Majo. Cortex melius vere febrifugum, pretioſum in febribus intermittentibus tertianis vernalibus; gummiſtillans ex flavo rubellum, mite in diſſenteriis, ſtranguriis, colicis pretioſum *anodinum*, infuſum florum *thæiforme* aromaticum, mitigat dolores in *colicis ſpaſmodicis*. Fructus refrigerant ſed vix nutriunt; infuſione ex eo potus obtinetur meſſoribus ſalubris: fermentatione gratum & generoſum vinum nobis conceſſit, quod diſtilatione liquorem ſpirituoſum ſuavem copioſe largitur.

310. Padus racemoſa. Frutex decem-pedalis. Folia decidua ovato-lanceolata, ſerrata, ſubtus in baſi biglandulosa: flores racemoſi, racemo baſi folioſo. Calyx non reflexus. Petala quinque baſi ſerrata. Stamina a viginti ad triginta. Stigma dilatatum, bifidum; fructus macilentus, niger, oſſiculo ſcabro.

Prunus padus L. communis in omnibus ſylvis prope *Grodnam*, ex primis florens fine Aprilis. Calyx ingrati odoris, ſat bene perſicæ ſaporem referens. Folia nauſeoſa reſpuunt capræ, & equi: baccas dulces, & nauſeoſas intactas relinquunt aves, impune tamen illas ſale conditas comedunt homines; lignum leve & flexibile; decocto corticis ſaturatiſſimo curatur *Siphilis* notante Linnæo.

311. *Crategus Oxyacantha* L. paſſim in ſylvis prope *Grodnam*, florens fine Maii: frutex utpote difformis, & ſpinoſus, ſepibus aptiſſimus, lignum tenax & durum ad rotas, manubria, & alia inſtrumenta aptiſſimum; flores quaſi fætidi, in affectionibus ſpaſmodicis, infuſione ſuppeditant utile auxilium; baccarum farina ſubdulcis, mucum nutritium continet: fermentatione ſubacta, vinum ſat gratum largitur.

312. *Sorbus aucuparia* L. communis in ſylvis prope

Grodnam, florens Junio. Lignum ſat durum & firmum ſeu tenax ad rotarum radios, cochleas prælorum, ad inſculpendas ligneas icones utilis. Flores penetrantiſſimum ſpargunt odorem, in ſylvis qui a quinquaginta paſſibus percipitur; ſuccus baccarum vere ſicut dixit Linnæus alvum ducit, abſque torminibus; ex eo per fermentationem vinum & ſpiritus parari poſſunt, baccæ nutrimentum hyeme copioſe concedunt plurimis avibus, præſertim *Amperidi* garrulo: ruſtici Lithuani conſervant magnam quantitatem baccarum deſſicatarum, iiſque utuntur contra ardores, & tumefactiones faucium, & tonſillarum.

313. *Spiræa filipendula* L. in pratis & paſcuis prope *Grodnam*, florens Julio, initio: perennis, radices coctæ pulveriſatæ farinam non ingratam mihi ſuppeditarunt, ſues eas avide eradicant & comedunt. Flores aromatici, herba ſtiptica, ſub-adſtringens, contra album fluxum uteri, utilis; equi hanc plantam intactam relinquunt.

Obſ. Corpora radicum ſucculenta, cortice nigro, figuram & magnitudinem olivarum referunt. Pleræque folia radicalia petiolata; caulina pauca, ſeſſilia. Calyx quinque aut ſexfidus, ſegmentis inverſis; inveni petala quinque, ſeptem & octo, ſed plerumque ſex caduca, facie externa apice roſea, interna alba. Stamina raro ultra viginti quatuor, corollis longiora. Antheræ didymæ, ſubluteæ. Germina plurima, annullatim diſpoſita. Stili breviſſimi duodecim. Stygmata glutinoſa, magna.

314. Rubus ruber. Caulis herbaceus hirſutus, proſtratus flagellis reptantibus, radicatis, vix ſpinoſus. Folia ternata, glabra, foliolis lateralibus ſemibilobatis. Pedunculi hirſuti, ſubſpinoſi, uniflori & multiflori. Calycis foliola lanceolata, vix villoſa. Petala alba. Baccæ, rubræ ex paucioribus duobus, tribus, aut quatuor magnis acinis diſtinctis, compoſitæ.

Rubus Saxatilis L. non rara in ſylvis prope *Grodnam*, florens Junio: perennis. Succus baccarum gratiſſimus, etiam vinum poſt fermentationem largitur.

315. Rubus ribis folio. Radix repens filiformis. Caulis ſemipedalis, inermis, herbaceus, ſimpliciſſimus, villoſus. Folia tria alterna, petiolata, quinquelobata, inæqualiter ſerrata. Stipulæ binæ ad baſim petiolorum, flos terminalis unicus, pedunculatus. Calyx quinquefidus, patens, petala quinque, alba, magna, obovata, venoſa. Bacca ex paucis acinis pallido, ruſſis.

Rubus chamæmorus L. in humidis ſylvarum propè

Grodnam, ſat frequens: florens Junio: perennis. In hac ſpecie aliæ plantæ ſunt mares, aliæ feminæ, ſexu diſtinctiſſimæ. Baccæ conditæ cibum ſuppeditant gratiſſimum Phtiſicis, hemophtiſicis, & ſcorbuticis.

Huc venit alia ſpecies, Cujus Caulis herbaceus, palmaris, ſimplex, baſi glabra, ſuperne hirſutus, erectus, rotundus. Folia tria aut quatuor, petiolis longis, canaliculatis, hirſuto-ſubpinoſis, ternata: foliolis magnis, inæqualiter ſerratis, ovatis, lateralibus ſub-ſeſſilibus: pagina inferiori albeſcente. Stipulæ duæ lanceolatæ ad originem petiolorum. Pedunculi tres, vix pollicares, hirſuti, naſcuntur ex apice pedunculi craſſioris, generalis, bracteis minimis circum-vallati: ex eodem puncto exurgit petiolus, tria foliola ferens minora. Calyx quinquefidus. Petala quinque alba, anguſta, erecta. Stamina erecta, filamentis latis, villoſis; anthæris nigro-lutæis. Frequens in ſylvis Lithuaniæ, florebat decima Junii: in ſylva juxta *Niemen*. Odor florum ſuaviſſimus. Baccæ paucæ, rubræ. Militat inter ſaxatilem & arctium, ſed in noſtro certe non ſunt flagelli reptantes: figura Oederi tab. 488. perfecte refert noſtrum, ſed in noſtro tres pedunculi ſimul oriuntur, breviores folio florali: præterea petala in noſtro conſtanter alba, minora & anguſtiora.

316. *Tormentilla erecta* L. communis prope Grodnam in omnibus ſylvis, florens fine Julii: perennis. Radix auſtera cum aromate; decoctum intus ſumptum ſub fine diſſenteriarum & in diarhæis ab inertia, efficax remedium. vidi phtiſim uſu pulveris tormentillæ ſanatam: extus decoctum in ulceribus utile topicum. Pulvis radicum non modo inſervit pro coriis preparandis, ſed etiam illarum ſuccus illa ſat pulchro colore tingit.

317. Tormentilla reptans. Habitus præcedentis; differt caule repente ex geniculis radiculas emittente, Foliis minoribus albidioribus, & profundius ſerratis, caulinis petiolatis, colore florum ſaturatiore.

Tormentilla reptans L. inveni propè *Grodnam* in ſylva dicta *Grandzicze*. florebat fine Julii: perennis.

318. *Fragaria veſca* L. communis in omnibus ſylvis prope *Grodnam*, florens majo: perennis. Radicis decoctum aquam tingit colore rubro, cum ſacharo edulcoratum Phtiſanna grata & utilis Herpeticis, hypochondriacis, ictericis. Fructus dulcis ſuaveolens, omnibus gratus. Phtiſicis non contemnendum medicamentum.

Obſ. Ante evolutionem, folia plicata juxta longitudinem nervorum, & tot ſunt plicæ, quot ſunt nervi, in hoc ſtatu involuta ſtipulis ſiccis, ſicut folia arborum in gemmis; ſeneſcens tantum planta ſtolones ex radice producit: ſæpe ſegmenta calycis apice bifida. Petala crenulata.

319. Potentilla trifolia. Caules biunciales, & triunciales: ſtipulæ magnæ ovato-lanceolatæ. Folia radicalia, petiolata, ternata, ovata, hirſuta, paucis dentibus ſerrata, caulina tripartita, anguſtiora, duobus ſtipulis ornata, pedunculi pauci flores: terminantes caulem, Petala lutea, cordata, calyce majora. Semina numeroſiſſima.

Potentilla Norvegica L. frequens in paſcuis prope Grodnam, florens Majo: perennis.

320 *Potentilla reptans* L. frequens propè *Grodnam* in paſcuis, florens fine Junii: perennis. Foliorum decoctum leniter adſtringens in ulceribus, diſſenteriis, febribus intermittentibus, tumefactione faucium oedematoſa, catharali utile medicamentum, certis obſervationibus comprobatum.

Obſ. Sæpe caulis repit tenuiſſimus, ad diſtantiam quinque pedum. Folia in noſtris plerumque quinata, oppoſita, longè petiolata; ad nodos inflatos ſtipulæ duæ, palmatæ, bifidæ aut trifidæ. Inter utrumque petiolum pedunculus naſcitur uniflorus: quinque folia interna calycis, colorata. Anthæræ & ſtili lutei.

321. *Potentilla verna* L. in paſcuis prope *Grodnam*, florens Aprilli: perennis.

Obſ. Huc reduco ſpecimen florens fine Aprilis propè *Grodnam*, circa palatium dictum *Staniſlawow*. Minima planta, vix triuncialis. Caules plurimi, breviſſimi. Folia ternata ſat longè petiolata; foliolis lætè viridibus, pilòſis, crenato-dentatis. Stipulæ duæ lanceolatæ, petiolatæ, ad originem cujuſque petioli; ſed quod præcipue notandum petala minima, lutea, calyce breviora.

322 Potentilla maculata. Habitus præcedentis. Folia radicalia quinata, ſerrata, alba, ſplendentia, retuſa oris argenteis, ſericeo pilo hirſuta: caulès declinati ſemipedales, ſummè ramoſi. Stipulæ ovato lanceolatæ, acutæ. Flores terminantes caulem. Calyx pilis albis, ſericeis hirſutus. Petala magna, crocea, ad unguem macula ſaturatiori tincta.

Potentilla aurea L. communis ubique in paſcuis prope *Grodnam*, initio Maji : perennis.

323. Potentilla alba. Caules filiformes, procumbentes, pedales, villoſi. Folia quinata apice conniventia, inferiora longe petiolata, pagina inferiori alba, ſericea, caulina breviter petiolata, ternata, cum ſtipulis duabus longis lanceolatis. Calyx ſfericeus. Petala alba.

Potentilla alba L. frequens propè *Grodnam*, *Loſoſnæ* florens initio Maji perennis. In pleriſque ſpeciminibus, longitudo foliolorum unius pollicis & dimidii, vixque caulis poteſt dici procumbens : alia ſpecimina inveni, foliis multo minoribus, caule vere procumbente, unde fortè circa *Grodnam*, poſſidemus potentillam albam & cauleſcentem Linnæi. Quinque dentes adſunt terminantes folium impar, quatuor terminant folia intermedia, & duo tantum exteriora. Stipulæ lanceolatæ, longitudine unius pollicis, ad mediam longitudinem, petiolo agglutinatæ. Folia ante evolutionem plicata ſunt, ſicut duo folia libri. Diameter corollæ decem linearum. Stamina circiter triginta, quorum pleræque caſtrata. Stili viginti quatuor, certe glabri. Fundus calycis purpureus, ſubhiſpidus.

324. Comarum rubrum. Caulis ſerpens, per intervalla radices longiſſimas producens. Folia pinnata foliolis ellipticis, acutè ſerratis impari majori. Stipulæ ovato-lanceolatæ. Flores terminantes ramos. Calyx ampliſſimus obſcurè purpureus. Petala quinque, minima, lingulata, obſcurè purpurea. Placenta permaturitatem carinoſa tumida.

Comarum paluſtre L. non rara circa *Grodnam* in pratis uliginoſis juxta amnem *Loſoſnæ*, florens Junio, perennis. Ex radice color cæruleus & rubicundus obtinetur. Decoctum in Ictero jure laudatur.

325. Geum nutans. Caulis erectus, cubitalis, ſumma parte ramoſus, & florifer. Folia pinnata pinnis acutis, extrema maxima, trilobata. Flores nutantes, conniventes. Calycis ſegmenta decem; quinque minoribus: petala quinque ſuculenta, ſemina ariſta geniculata plumoſa. Fructus oblongus.

Geum rivale L. communis in paludoſis propè *Grodnam*, *Loſoſnæ*, & alibi florens Majo perennis. Decoctum radicis & foliorum in febribus intermittentibus Diarrhæis, laxitate ventriculi, hemorhagiis non inutile auxilium:

Obſ. Radices numeroſiſſimæ, cortice rubeſcente odorato. Caulis plerumque vix pedalis. Folia radicalia lon-

giſſima ; inveni ſpecimina petalis albis , alia petalis rubiginei coloris , plerumque ſunt luteſcentia rubris maculis tincta ; in uno ſpecimine duodecim erant ſegmenta calycis & ſex petala.

Caryophyllata prolifera floſculis elegantiſſimis *Loeſelii* obſervata prope *Vilnam*. Foliola calycis valde ampliata , ſex exteriora breviora , dentata , ſex interiora maxima , dentato-lobata , ſat æmula involucro folioſo *anemone ranunculoideæ*. Petala calyci inſerta circiter triginta ſpatulata , unguibus longis ſtraminei coloris , numeroſis lineis ſanguineis picta. Stamina numeroſa petalis intermixta. Ex centro floris pedunculus elevatur ad altitudinem ſex linearum, ferens calycem polyphyllon , foliolis dentatis, ſed abſque ſtaminibus & petalis , involvens numeroſiſſimos piſtillos denſe ſtipatos , ſtilis hirſutis , apice rubeſcentibus. Demonſtratur mera varietas *Gei rivalis* , utpote ex radice producens unum tantum caulem monſtroſum , & duos alios caules naturalis formæ , ſcilicet non proliferos. Petala nondum bene evoluta in his , ſtramineo-virideſcentia , abſque lineis rubris.

326. *Geum Urbanum* L. paſſim circa *Grodnam* in ſilvis juxta *Niemen* , florens Maio Junio : perennis. Primo vere radix effoſſa caryophyllos redolet ; cæterum ſubadſtringens ; infuſa in vino , præſtans in debilitate ventriculi , diarrhæa, pulvis in fine diſſenteriæ, in febribus tertianis vernalibus & in febribus quartanis autumnalibus utilis.

327. *Ranunculus ficaria* L. ubique prope *Grodnam* , in umbroſis locis florens Aprili : perennis. Radix in receſſu acris : folia fatua : cataplaſma ex foliis lenimen dolorum pro hemorhoidariis.

Obſ. Filamenta inæqualia ſæpiſſime plurima invenio caſtrata , jam ſicut petala dilatata : nnmerus petalorum incertus , modo decem , modo duodecim invenio , in nonnullis ſpeciminibus calycis foliola quinque obſervantur , ſæpe duo petala unguibus coaleſcunt : juxta ſtationes , plurimum variant folia , video quaſi palmata , integerrima , anguleſa , dentata , rotundata , elongata ; primo tempore vegetationis radicis bulbuli ſunt duri, ſolidi, ſucculenti , pulpa albiſſima , poſtea evadunt flaccidi , cavi ; præter bulbulos iſtos inveniuntur ſæpe alii in axillis petiolorum , qui ſeparati & pingui terræ commiſſi ficariam producunt : bulbi radicum etiam novæ plantæ rudimenta fovent , hic eſt in iſta ſpecie ſolus efficax modus propa-

gationis ; nam plerumque abortiunt semina : acredo bulborum dissipatur decoctione , tunc vere edulis farina obtineri potest.

328 *Ranunculus acris* L. communis ubique in pratis circa *Grodnam* , florens Junio : perennis. Planta recens acerrima , comburens & vesiculas excitans cuti impositа , siccata , evadit fatua. Clavum histericum , contusa , super partem dolentem applicata , vix vesicula formatâ me præsente plenariè dissipavit ; carpis admota febres tertianas certe sæpe fugat ; in Rheumatismo chronico , tanquam vesicatorium appositа , diu antea prescripta saponaria , ad miraculum energica evadit.

329. Ranunculus multiflorus. Caulis ramosus , multiflorus , erectus. Folia hirsuta multipartita semi-septiloba , lobis tridentatis , acutis. Pedunculi sulcati. Calyces patuli ; cæterum habitu , & plerisque attributis similis præcedenti.

Ranunculus polyanthemos L. non rara in pratis & pascuis propè *Grodnam* , florens Julio : perennis.

330. Ranunculus lanuginosus. Radix ex numerosis fibris teretibus. Caulis pedalis , ramosus , erectus , hirsutus. Folia crassiuscula , radicalia quinque lobata ; caulina , semitrilobata , lobis serratis , hirsutissima , seu holosericea : Pedunculi teretes. Calyces hirsuti , patuli. Flos magnus , flavus , aureus , unguibus tuberculo & viridibus lineis notatus.

Ranunculus lanuginosus L. communis in omnibus sylvis circa *Grodnam* , florens Majo : perennis. Bona figura exstat illius in Flora Borussica Lœselii Icon. 71. cujus phrasis comparativa , adjuvat diagnosim , scilicet *ranunculus nemorosus* , hirsutus , folio caryophyllatæ.

331. *Ranunculus bulbosus* L. ubique propè *Grodnam* , in pratis & sylvis florens Majo ; perennis. Folia & radices recentes acerrima , vesiculas excitant sicut cantharides , sed minori cum dolore , nullumque influxum super vias urinarias demonstrant ; unde anteponendæ quotiescunquè indicantur vesicatoria.

Obs. Specimen curiosum circa *Grodnam* inveni ; radices , caules , pedunculi , & flores , erant fasciati , scilicet caulis planus , latitudine unius pollicis , tres caules coadunatos offerebat ; flores non erant rotundi , sed elongati , viginti circiter petala inæqualia exhibebant.

328

332. *Ranunculus sceleratus* L. communis propè *Grodnam*, in omnibus locis paludosis, florens fine Junii: perennis. Planta acerrima inter socias impositacito cutem rubescit, phlyctenas excitat, ulceraque profunda, difficillime sanabilia: decoctione & dessicatione amittit vires suas, sicut pleræque aliæ species ranunculorum; intus sumpta anxietates, vomitus, cardialgias, convuisiones excitat, postea mortem, apparentibus omnibus signis inflammationis & sphacelli; oves tamen impune me præsente vorârunt illam. Cæterum hæc species, diversam sæpe faciem obtinet, sæpe ramosissima, aliquando vix ramosa, nec constans est figura foliorum, modo segmenta latiora, modo angustiora.

333. Ranunculus mitis. Radix numerosissimis gracilibusque fibris constans. Caulis erectus, pedalis, ramosus. Folia levia radicalai, reniformia, integra & semitrilobata, rotundè crenata; caulina superiora, multipartita, palmata, segmentis linearibus, integerrimis. Calyx reflexus. Petala calyce breviora, flava, nitida.

Ranunculus auricomus L. propè *Grodnam*, copiosè in sylva *Dominicanorum*, florens Majo: perennis. Planta mitis, & diu masticata nullam mihi acredinem excitavit. Accurata dissessione invenimus petala agglutinata calyci, tali modo, ut prorsus nulla appareent sed postea separantur successive.

334. Ranunculus reniformis. Radix ex innumeris filamentis albidis, simplicibus. Caulis cubitalis; superiùs brachiatus, ad divisionem tumescens. Folia caulina digitata foliolis lanceolatis, dentatis; radicalia longè petiolata, subrotundo-cordata, crenata. Flores plurimi. Petala lutea.

Ranunculus cassubicus L. florebat Majo: propè *Grodnam*, in sylva *Dominicanorum*; perennis. Est ranunculus, aconitifolius folio rotundo ad radicem præstolante *Læselii*, cujus figura reducta bene exprimit nonnulla nostra individua: folia caulina inferiora ab octo ad duodecim; numerus minuitur ad quamlibet subdivisionem, plerumque unum tantum folium adest radicale, modò parvum sicut in figura *Læselii*, sed plerumque diametri duorum pollicum, figura illius folii non est constans, inveni verè reniformem diametri transversalis semipedalis.

335. *Ranunculus Lingua* L. communis propè *Grodnam* inlocis paludosis *Lososnæ*, & alibi, florens Julio: peren-

nis, acerrima eſt & corrodens; facillimè cognoſcitur, longis & latis foliis ſaltem octo pollicum longitudine, & latitudine unius, & flore ampliſſimo, diametro pollicis & dimidii.

336. *Ranunculus reptans* L. copioſè in ſtagno parvo prope *Horodnicam* florens Junio, Jure Ill. *Hallerus* ſimplicem varietatem flammulæ nuntiat, nam a primo vere quaque die obſervatam vidimus, certò acquirentem faciem & attributa flammulæ, et pro demonſtratione collegimus ſpecimina cujuſque ſeptimanæ.

337. Myoſurus cauda muris. Folia plurima radicalia, linearia, ſucculenta. Caulis, ſeu ſcapus, quadriuncialis, rectus, uniflorus. Folia calycis caduca, quinque, viridi-albicantia, ſummo ſcapo media parte affixa. poſtea inferiore, ſcapo appreſſa, ſuperiore patula, elliptico obtuſa petala quinque, albida, caduca, lingulata. Stamina à ſeptem ad duodecim Fructus caudæ muris ſimilis, longe cylindricus, numeroſiſſimis conſtat ſeminibus.

Myoſurus minimus L. communis propè *Grodnam* in paſcuis & arvis florens Aprili, annua. Placet phraſis Tournefortii, *Ranunculus gramineo folio*, flore caudato, ſeminibus in capitulum ſpicatum congeſtis.

Nota. Planta florens vix triuncialis: tunc folia ſcapo longiora radix ex plurimis radiculis capillaceis conſtans, herba ſatua, appendices inferiores calycis invenio ſimplices, & bifidos petala & foliola calycis numero etiam variant, invenio ſeptem & octo: petala vix diſtinguuntur à filamentis, ſed ſunt latiora apice extus curvata: ſpica ſeminum tempore floreſcentiæ brevis ſed matureſcendo evadit longior ſcapo; plurimi plerumque ſcapi ex una radice; petala *Linnæus* nectaria appellat. Inveni ſpecimina cum ſcapo jam foliis altiore, vix uncialia, in his folia filamentoſa, ſeu quaſi fili tenues. Bracteæ minimæ, inveniuntur ad baſim cujuſque germinis.

338. *Anemone hepatica* L. ubique propè, *Grodnam*, in ſylvis ad radices arborum florens Aprili: perennis. Folia ſubauſtera illorum decoctum intus in gonorrhæis inveteratis utile, extus in Oedemate & ulceribus adjuvans.

Obſ. Folia recentia denſo albo villo ſicut petioli & pedunculi onuſta, numerus petalorum incertus, modò eptem, octo, novem, & decem invenio: circa Vilnam

frequens eſt varietas, petalis albis & carneis; in iſta antheræ pulcherrimæ, ſcilicet albo-roſeæ.

339. *Anemone ranunculoides* L. communis in omnibus ſylvis propè *Grodnam* florens Aprili: perennis; Numerus petalorum non eſt conſtans, ſæpe numeravimus ſeptem & octo petala in quoque flore.

340. *Anemone nemoroſa* L. communis etiam in omnibus ſylvis prope *Grodnam*, florens fine Martii, aut initio Aprilis: perennis.

Obſ. Specimen inveni foliis involucri-rubeſcentibus brevioribus, ſegmentis linearibus durioribus.

Anemone nemoroſa varietas flore pleno.

In centro involucri ſedet abſque pedunculo flos polypetalos, in quo numero quadraginta ſegmenta. Petala inferiora lanceolata, apice diſſecta, viridia omnia, elongata, plurima linearia. Stamina pauca ſex, ſed ſunt germina. Curioſum iſtud monſtrum inveni florens initio Maii: prope *Grodnam*, in ſylva juxta *Niemen*.

341. Anemone hirſuta. Caulis cubitalis, ſimplex, uniflorus. Folia radicalia longe petiolata, hirſuta, digitata, quinque partita, lobis dentatis ſat latis; caulina tria verticillata, ſat ſimilia, lobis anguſtioribus. Flos unus terminans. Petala quinque ſat magna extus villoſa, alba. Fructus ovalis ex ſeminibus villoſis.

Anemone ſylveſtris L. frequens in omnibus ſylvis prope *Grodnam*, in locis arenoſis florens, perennis.

342. Pulſatilla patens. Radix lignoſa, magna, ramoſa. Caules plurimi uniflori, aphylli, vix palmares. Folia radicalia ternato digitata, foliolis ſeſſilibus laciniatis, acuminatis, intermedio tripartito, lateralibus bipartitis. Involucrum folioſum, terminans caulem villoſum. Flos in hoc genere maximus. Petala læte cærulea, recta, villoſa. Stamina lutea, patentia.

Anemone patens L. ubique prope *Grodnam* in campis arenoſis florens Aprili: perennis.

Obſ. Huc veniunt varietates, floribus carneis & lacteis: has invenimus circa *Vilnam*; lacteæ petala minora, ſcapus villoſior.

343. *Anemone pulſatilla* L. rarior circa *Grodnam*, in ſylvis juxta *Niemen* florens Majo: folia recentia acerrima, cuti impoſita veſiculas excitant, nunc celebris obſervationibus Cel. *Storckii*, ſed nunquam illam intus præſcripſimus.

Obſ. Ad hanc ſpeciem reducere debemus pulſatillam flore ſulphureo, quam invenimus florentem fine Junii, in arvis prope *Grodnam*, circa *Staniſlavov*.

344. Pulſatilla reflexa. Habitus pulſatillæ offic. ſed caulis brevior. Flos minor cæruleo nigricans, nutans. Petalis apice extus reflexis.

Anemone pratenſis L. ubique in paſcuis propè *Grodnam*, florens Majo: perennis.

Obſ. Aliquando invenitur flore erecto, petalis lætè violaceis; circa Vilnam inveni ſpecimen flore in involucro feſſili, duplo minore quàm in aliis, vireſcente, erecto.

345. *Caltha paluſtris* L. communis propè *Grodnam*, in paſcuis humidis, floret fine aprilis: perennis. Acris eſt & cauſtica, à vaccis tamen editur, unde fortè butirum flavum; flores nondum evoluti in muria macerati, ſicut caparides inſervire poſſunt.

Obſ. Caulis ad nodos curvatus. Folia reticulata, ſaturate-viridia, ſucculenta. Siliquæ octo apice acuminatæ, corpore ſubquadratæ.

346. *Trolius Europæus* L. ubique propè *Grodnam*, in ſylvis, florens Julio: perennis. Placet phraſis comparativa Tournefortii, *Helleborus niger* ranunculi folio, flore globoſo majore. Flos aromaticus; herbam impunè comedunt pecora.

Obſ. Caulis ſæpe aſcendit ad altitudinem octodecim pollicum. Folia radicalia pauca, longiſſime petiolata petiolis rotundis. Foliola quinque venoſa, inciſo dentata, ad caulem folium unum, petiolo folio breviore, canaliculato, amplexicaule Bracteæ breves, dentatæ, amplexicaules; ante evolutionem floris, petala quinque exteriora viridia; ſæpe inveni decem tantum petala, quæ poſſunt conſiderari, tanquam foliola calycina. Nectaria croceæ coloris. Stamina lutea.

347. Thalictrum nutans. Radix crocea. Caulis bipedalis, ſtriatus; Folia pleræque ex ima parte caulis patula, pinnata pinnis pinnatis, foliolis obtusè trilobatis, lobo intermedio etiam trifido, inferiorum foliola rotundata, parva, ſuperiorum anguſtiora. Flores panniculati, cernui, ſeu nutantes. Petala rubentia, capſulæ ſeſſiles à quabus ad ſeptem, ovato-acuminatæ, profundè ſtriatæ.

Thalictrum minus L. ſat frequens propè *Grodnam*, in

ſylvis juxa *Niemen*, florens fine Junii : perennis.

348. Thalictrum aquilegifolium. Caulis tripedalis, teres, vix ſtriatus. Folia patula glauca, triplicato pinnata, foliolis magnis obtusè trilobis, intermedio tridentato. Stipulæ magnæ ovatæ. Flores ſubumbellati. Petala majora purpurea : ſtamina longa, quinquaginta, purpurea. Capſulæ petiolatæ, magnæ, alatæ, ad duodecim.

Thalictrum Aquilegifolium L. in omnibus ſylvis prope *Grodnam*, florens Junio : perennis.

349. *Aquilegia Vulgaris* L. in omnibus ſylvis propè *Grodnam*, florens Julio : perennis. Apes in Nectariis magnam quantitatem mellis inveniunt. Folia fricata, inter digitos, narcoticum & nauſeoſum odorem excitant, ſeminum decoctum in ſcabie inveterata, herpetibus, & pruritu, intus & extus præſcriptum, verè energicum remedium ; ſæpe ſolum curationem producens : ſed caute adminiſtrandum, ut potè *cardialgias* excitans.

Obſ. Folia floralia ternata, foliolis lanceolatis. Petala ante evolutionem viridia: Filamenta baſi plana, veſiculis onuſta, inæqualia, circiter triginta. Antheræ fuſco nigræ. Odor florum virulentus : ſæpe inveni ſpecimina caule pedali, foliis minoribus, floribus albis.

350. *Aconitum napellus* L. frequens in hortis ruſticorum, plurimi ſpontaneam declarant : in magnis ſylvis nunquam inveni in lithuania. Extractum aconiti nunc celebre experimentis Cl. *Storkii* ; juxta *Hallerum Storkius* paravit extractum ſuum cum aconito comaro, nos ſemper paravimus cum napello ; ſuccus nectariorum copioſus, gratus eſt innoxius : flores ſub noſtro climate vix crederem venenatos, impunè ſat magnam quantitatem maſticavi, ſuccumque illarum deglutii : folia ſunt acria, magnam quantitatem ſalivæ ciunt, ardoremque linguæ pertinacem excitant, minimaque quantitate, anxietates mihi moverunt ; illorum extractum methodo *Storkii* paratum ſæpiſſime plurimis ægrotantibus præſcripſi, amicoſque meos præſcribentes ſecutus fui, vidi, & habui egregios effectus in pertinacibus febribus quartanis, in inveteratis rheumatiſmis, in ulceribus cacoeticis ; ſed ſæpe in indurationibus ſkiroſis, in podagra, oſtructionibus hepatis, ictero chronico, incaſſum præſcripſi, & fruſtra ab aliis præſcriptum vidi.

INCOMPLETÆ.

351. Convallaria Maialis. Communis in omnibus ſylvis prope Grodnam, var. 1a. Scapo breviſſimo paucifloro, 2a. Foliis latioribus, 3a. Foliis anguſtioribus.

352. Convallaria poligonatum, var. uniflora & biflora, foliis majoribus & minoribus: in vetuſtis tantum radicibus, Sigilla inveniuntur.

353. Convallaria multiflora, floribus minoribus, pedunculis multifloris, an vere Species diverſa? Sat frequens in ſylvis prope Grodnam cum priori.

354. Convallaria verticillata. Hanc raram ſpeciem inveni in magna ſylva Bobrouziſna.

355. Convallaria bifolia, ubique prope Grodnam in ſylvis; laceratione tetrapetala evadit.

356. Iris Siberica. Communis prope Grodnam, in aquoſis ſylvarum: mixta erat cum altera foliis anguſtis, quæ vere exhibet attributa iridis pratenſis anguſtifoliæ humilioris c. b.

357. Trigilochin paluſtre. Ubique prope Grodnam in pratis aquoſis, Junio; ex facie facile dignoſcitur; habitus junci, flores liliaceorum ſpicati, ſpica denſa.

358. Acorus calamus. Ubique prope Grodnam, in Stagnis: florens fine Maii; e folii ſinu Julus pyramidalis digitiformis. Radix anulata, odorata, ſaccharo condita, egregium Carminativum.

359. Rumex maritimus; inveni prope Grodnam, in loco dicto *Loſoſna*, Congruit cum figura tabern. ic. 437. Caulis vix ſemipedalis, Folia anguſta, luteſcentia.

360. Ornithogalum lutæum & minimum. Ubique in pratis prope Grodnam, florentia Aprili. Collatis numeroſis ſpeciminibus, vix certo diſtinguendæ duæ hæ ſpecies.

361. Anthericum oſſifragum, ſat frequens in uliginoſis *Loſoſnæ* & alibi prope Grodnam. Facies antherici calyculati quod etiam reperi in paſcuis probe Grodnam.

362. Lilium martagon, foliis verticillatis. Communis prope Grodnam in omnibus ſylvis, varietatem ſæpe inveni caule altiori, foliis omnibus ſparſis.

363. Allium urſinum copioſe circa urbem Novogrodok, in arenoſis.

364. Veratrum album inveni in ſylvæ, pratis prope ovogrodok.

365. Orchis incarnata alba fauce lutea. Inveni prope Vilnam in prato tremente quod regnat circa lacum quemdam celebrem qui una die fermentatione turfæ fundum occupantis fuit repletus. Hoc phenomenon obſervatum anno 1782. Menſe Maii.

366. Orchis cuculata, prope Grodnam in ſylva juxta Niemen. Perfecte congruebat cum fig. Gm. Fl: Sib. Tab. 3. fig. 2.

367. Ophris coralorhiſa. Communis prope Grodnam in ſylvis: Bulbi reticulati, ramis albis diaphanis.

368. Ophris loeſilii. Ophris diphyllos bulboſa: Loeſ. fl. Pruſſ. tab. 58. inveni in aquoſis prope Grodnam in Loſoſenaie. Optima Linnæi deſcriptio ſpec. plant. pag. 1341.

369 Ophris monorchis: Orchis coleo unico ſeu monorchis, floſculis pallide viridibus: Loes. flor. pruſſ. tab. 61. inveni prope Vilnam in ſylva juxta amnem villia.

370. Cypripedium calceolus. Ubique prope Grodnam in ſylvis.

371. Theſium alpinum ſat frequens prope Grodnam, in monticulis juxta Niemen. Calyx quadrifidus, folia ſuculenta: omnibus penſitatis, vix vere diverſam crederem a linophyllo. Media ſpecimina inveni calycibus quadrifidis, vere paniculata.

372. Chriſoſplenium alternifolium. Ubique vernali tempore prope Grodnam in pratis. Amicus qui aliquot uncias in acetario comedit, ano & cato valide purgatus.

373. Polygonum amphibium, v. glabra & v. hirſuta, communis prope Grodnam, in aquoſis & ſiccis. Variat foliis latioribus aut anguſtioribus.

374. Polygonum biſtorta, communis prope Grodnam, flore rubro & albo.

375. Polygonum perſicaria, var. puſilla flore abo: in ſtagnis deſſicatis, prope Grodnam.

376. Polygonum tataricum: ubique prope Grodnam in ſylvis, florens Junio an advena.

377. Polygonum convolvulus: in ſylvis inveni caule ſexpedali & ultra. frequens circa Grodnam.

378. Cala paluſtris: Spatha plana, folia cordata, lacteus flos, acumine terminatus, radix arundinacea: ubique in ſtagnis prope Grodnam. Acris herba.

379. Thuia occidentalis, hujus plurimas inveni arbores exceiſas in variis prædiis Nobilium, an ſpontanea?

380. Pinus larix, circa Novogrodok, plurimas inveni arbores in ſylva Nobilis Poloni. An advena?

381. Taxus baccata, paſſim in variis ſylvis: inveni circa Grodnam: Jam in libello *Indagatores naturæ* deſcripſi hujus arboris ramum ſingulari modo faſciatum, complanatum, marginibus criſtatum, latitudine manus.

382. Aſarum Europæum, ubique prope Grodnam maio: flos aut calyx atro purpureus, radix recens aromatica acris, vere ipecacuhanæ eadem doſi ſuccedanea, vetuſta autem, lene catharticum numeroſis noſtris periculis confirmatum.

FINIS. *Fl. Lithu.*

Lin. ſpec. Plant. P. 1.

CHLORIS

LUGDUNENSIS.

Cæci ruimus in rerum remotissimarum à nobis amplexus, patriarum & ignari & incurii.

SCHEUCHZER. *It. alp.*

1785.

PRÆFATIO.

CUR CHLORIS ante FLORAM, id est filia ante matrem, prodeat, paucis dicendum. Ut patriæ simul & rei herbariæ serviam, sedulus circuivi regiones Lugduno vicinas, nec non huic undequaque conterminas; & quidquid in his tractibus plantarum nascitur, collegi & condidi, quas modò depromere possim, & ex his FLORAM LUGDUNENSEM componere.

Sed collegisse parum est: singula agnoscere; quæque in suum ordinem ponere; species à varietatibus secernere; novas, si quænam sunt, describere & ad genera reducere; observationes proprias exponere; proprietates quasdam medicas aut œconomicas indicare; dicere botanophylis specierum frondescentiam, efflorescentiam, defoliationem, & denique quo præcisè puncto harum-ce regionum quævis planta præcipuè gaudeat, adeò ut ipsius veluti patria, seu natalis locus, videatur: hoc opus, hic labor, ut FLORA fiat idonea.

Dùm in his moror, sæpè nimiùm impeditus & adversâ valetudine & diversis officiis, Celeberrimus Doct. Med. Dom. GILIBERT, junctus mihi quâdam fraternitate in nostro athenæo Lugdunensi, meditans & mox editurus Linnæanas species Europæ, enixè rogavit ut suis opibus meam supellectilem modicam adjungerem.

Parendum putavi, tùm ut socio meo gratum quid faciam, tùm ne pereat omninò meus labor, si nequeam ad extremum ducere, & quâ par est amplitudine, edere; & hinc est quod nostri immortalis magistri LINNÆI instar (*), CHLORI-

(*) Flora Suecica, 1755.

DEM hanc extraxerim ex FLORA, in horto ſicco etiàm nunc depoſitâ.

Utcunquè tenuis ſit hic labor, hunc ſpero non prorſùs vacuum & inanem fore. Circuli enim, quem occupat FLORA noſtra, & in cujus veluti centro LUGDUNUM eſt, diameter protenditur ad 30 vel 40 circiter leucas: ſolum ſatis ubique ferax & ſæpè generoſum. Complectitur ambitus ille, provinciam *Lugdunenſem* propriè & ſtrictè dictam, *Bellojocenſem*, *Foreſium*, *Breſſiam*, principatum *Dombarum*, *Beugeſiam* & partem *Delphinatûs* Lugduni viciniorem.

Cum autem hæc civitas (Cujus longitudo 22 grad. 16 min. 30 ſec. Latitudo 45 grad. & 20 min.) dividat Galliam borealem ab auſtrali, habet in ſuo orbiculo ferè omnia climata Franciæ; nec mirum, ſi regio tam variè temperata, tam varia pariat ſimplicia. Ibi enim vitam agunt, quæ in planis & apertis locis, & quæ in collibus & montibus etiàm abietinis, naſci ſolent; quæ in aridis & aquoſis; quæ in fluminibus, paludibus & ſtagnis. Deſiderantur tantùm maritima, & quæ extrema frigoris aut caloris appetunt.

Hæc eſt veluti ditio noſtræ CHLORIDIS, quam paulò grandiorem, ut ità dicam, & loquaciorem ſolitò, exhibere conabimur, ut meliùs opes noſtras aperiat. Nominibus enim plantarum, non preciſè locum & ſtationem cujusque addam, ut FLORÆ opus eſt, ſed pagos ſaltem ſeu provincias in quibus reperiuntur: ut, illorum altitudine cognitâ, notum fiat clima quo fruimur in rebus botanicis. Adjicientur denique Catalogo, plantæ naturâ exoticæ, quæ ſpontè vel induſtriâ quaſi indigenæ factæ ſunt; & ne opuſculum majorem in molem excreſcat, ſignis utar compendioſis, quorum ſequitur interpretatio.

Lugd. Lugdunum-gallorum (LYON) & viciniæ circiter ad unum milliare. Peculiariter autem designabimus signo altero sequenti, cum locus lugduni proximus, jacet in provinciâ externâ, veluti *Bressiâ* vel *Delphinatu*, quæ civitatis usque ad muros propagantur.

Lugd. M. Pagi Lugdunenſis montes.

Lugd. M. †. Montes subalpini & abietini Lugdunenſes, quales, *Mons-Pilatus*, *Montrotier*, *Almon*, &c. nec non juga minora, ubi degunt notabiles plantæ, *Tarare*, *Arjou*, *St. Bonnet-le-froid*, *St. André-la-coſte*, *Riverie*, &c.

Lugd. &c. Id eſt: Planta eadem Lugduni & alibi, in pluribus noſtris regionibus, etiam obvia.

For. Foreſium. (LE FORÈS.)

For. M. Montes Foreſii.

For. M. †. Foreſiaci montes subalpini, quales, *Pierre-ſur-Aute*, *Arbour*, &c. Alpium *Arverniæ* admodùm propinqui.

Bell. Pagus Bello-jocenſis. (LE BEAUJOLOIS.)

Bell. M. Montes pagi Bello-jocenſis. (HAUT-BEAUJOLOIS.)

Bell. M. †. Montes abietini, altiores, Bello-jocenſes, *Pramenou*, &c.

Delph. Delphinatus (LE DAUPHINÉ.) notandum eſt quod agitur ibi ſolùm modò de planitie Delphinenſi, Rhodani Lugdunique vicinâ, ſupponendo dimidium circuli, qui pro centro Lugdunum haberet, & cujus radii 15 vel 16 milliaria tantùm complecterentur. Spatium illud, quoſdam colles ſeu monticulos continens, non excurrit ad radices uſque Alpium Delphinenſium, quarum ampliſſimæ opes botanicæ, præſtantiſſimum, indefeſſum que indagatorem habuerunt, celeberr. Doct. Med. Dom. VILLARS.

Breſſ. Breſſia, (LA BRESSE) intrà quam includitur pagus Dombenſis (LA DOMBES).

Beug. Beugesia, (LE BUGEI).

Beug. M. Montes Beugesiaci, (HAUT-BUGEI.)

Beug. M.† .Montes Beugesiæ abietini & sub-alpini, *Burgundiæ comitatûs* vicini, necnon *Jurani* montis proximi: *Arban*, *Oyonna*, &c. & ex alterâ parte, *Nantua*, *Méria*, *Isnave*, &c.

Ex. Exoticæ plantæ, regionum nostrarum sub dio incolæ, culturâ seu sponte, in arvis, in hortis botanicis, coronariis, olitoriis ve, quasi indigenæ factæ.

?. Plantas ex herbario nostro non desumptas, & fide alienâ in CHLORIDE inscriptas, eas etiàm quas datum non fuit observare vivas, hoc signo designavimus.

Var. Varietatem significat; sed sæpiùs, ut moris est, litteris græcis annotantur varietates.

N. (*Nobis*) quasdam species indicat & non nullas varietates, quibus *nomen triviale* assignavimus, ut accuratiùs distinctæ evadant. Plurimæ etiàm nominibus auctorum qui has illustrârunt, ornantur.

Species, quas auctoris nomen non sequitur, omnes sunt LINNÆANÆ.

Plantæ omni signo destitutæ, illæ sunt, quæ vulgares, in omnibus supradictis pagis reperiuntur.

Dabam ex museo nostro, Lugduni-gallorum;
Ann. MDCCLXXXIV, mens. Novemb.
M. Ant. Lud. à LATOURRETTE.

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciunt.
Plautus in Truculento. 2. 6.

DESIGNATA OPERA AUCTORUM

Quorum, in Chloride Ludgunenſi, invocantur nomina.

ADANSON, (*M.*) *famille des plantes.*
ALLIONE, (*D^s. Carolus.*) *rariorum Pedemontii ſtirpium ſpecimen.*
Ejusdem *auctarium ad ſynopſim methodicam, &c.*
ARDUINI, (*Petrus*) *animadverſiones botanicæ, &c.*
BAUHINI, (*Gaſpar.*) *Pinax theatri botanici,*
CAMERARIUS, (*Joachim.*) *De plantis epitome P. And Matthioli, &c.*
CRANTZ, (*Henr. J. Nep.*) *Claſſis umbelliferarum emendata.*
DILLEN, (*J. Jacob.*) *hiſtoria muſcorum.*
GMELIN, (*J. Georg.*) *flora Sibirica.*
GOUAN, (*D^s. Anton.*) *illuſtrationes & obſervationes botanicæ.*
GUNNERI, (*Jo. Ern.*) *flora Norvegica.*
HALLER, (*Albert.*) *hiſtoria ſtirpium Helvetiæ*, 1768.
HAMEL, (*Henr. Louis du*) *traité des arbres & arbuſtes, & le ſuppl.*
JUSS. (*D^s. Laurent. à Juſſieu*) *horti regii Paris. familiæ.*
LINNÉ, (*Carolus à*) *genera plantarum*, 1767.
Ejusdem *ſpecies plantarum*, 1764.
LIN. M. ejusdem *mantiſſa plantarum*, 1^a. & 2^a.
Ejusdem *ſyſtema vegetabilium à D°. J. And.* MURRAI, 1774.
Ejusdem *ſyſtema plantarum à D°. J. J.* REICHARD, 1779.
LIN. *FIL. SUPPL. Caroli à* LINNÉ *filii ſupplementum plantarum ſyſtematis vegetabilium*, 1781.

MARSILLI, (*Joan.*) *fungi Cararienſis hiſtoria*, *Patavii*, 1766.

MICHELI, (*Petr. Ant.*) *nova genera plantarum.*

MOENCH. (*D^s. Conrad.*) *enumeratio plantarum Haſſiæ, &c.*

PALLAS, (*D^s. P. S.*) *elenchus zoophytorum.*

POLLICH, (*Joan. Adam.*) *hiſt. plant. Palatinatûs electoralis.*

SEGUIER, (*Joan. Franc.*) *plantæ Veronenſes.*

SCHREBER, (*Jo. Chr. Dan.*) *ſpicilegium floræ Lipſicæ.* 1771.

SCOPOLI, (*Jo. Ant.*) *flora Carniolica*, 1772.

TOURNEFORT, (*Piton à*) *inſtitutiones rei herbariæ.*

VAILLANT, (*Sebaſt.*) *Botanicon Pariſienſe.*

VILLARS, (*M.*) *Premier proſpectus de l'hiſtoire des plantes du Dauphiné*, 1779.

WEBER, (*Georg. Henr.*) *ſpicilegium floræ Gœttingenſis.*

WEIGEL, (*Chriſt. Ehrenfr.*) *obſerv. botanicæ, Gryphiæ*, 1772.

WEIS, (*Fred. Guil.*) *plantæ crytogamicæ, floræ Gœttengenſis.*

ZANONI, (*Jac.*) *rariorum ſtirpium hiſtoria, Bononiæ*, 1732.

CHLORIS LUGDUNENSIS.

Classis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

HIPPURIS vulgaris. *Delph. Breſſ.*

Callitriche verna. *Lugd. Delph. & Lugd. M.*

Autumnalis. *Delph. Breſſ.*

Classis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

JASMINUM officinale, *Ex.*

Fruticans. *Lugd. Bell. Ex.* ?

Liguſtrum vulgare.

. . β. Sempervirens. *Lugd. Delph.*

Vernalis. in rupibus elatis & montanis; curioſa villo fulvo.

Pulſatilla. in montibus, circa Vapincum, Ebrodunum.

Myrrhidefolia. in pratis alpinis *Oiſans*, *à Lalp*, *Mont-de-Lans*, *Lautaret*, &c. flore flavo & albo reperitur; petala latiora & acuta.

Alpina. in omnibus alpinis ſecus torrentes & rupes in apricis: petala oblonga, diſtincta.

ANEMONE. *Sylvestris.* in monticulis aridis ad *Cremieu* & circa Vienam.

Nemorosa. in silvis, circa Gratianopolim *la Tour-du-Pin*, &c. vernalis.

Ranunculoides. in pratis circa Gratianopolim, Vapincum, &c. flos luteus qui in hoc genere raro observatur.

Narcissiflora. Pulchra planta! in pratis alpinis *Orciere*, *Oisans*, *Queyras* & alibi frequens.

ATRAGENE. *Alpina.* in silvis borealibus alpinis & precipitiis ubi flores per amenos azureos, vere pendet.

CLEMATIS. *Orientalis.* circa S. Paulum 3 castrum.

Vitalba. ubique in silvis cæduis & sæpibus quos devorat.

Erecta. circa *Veynes* prope Vapincum, &c.

THALICTRUM. *Fœtidum.* circa *Vallouise* & *l'Argentiere* in pascuis, frequens.

Aquilegifolium. ubique in silvis umbrosis, temperatioribus.

Minus. in montibus apricis inter dumeta & in silvulis.

Flavum. inter sepes & in versuris humidis *Champsaur* passim.

Angustifolium. in pratis humidis frigidis *Saint-Etienne dans le Champsaur.*

Saxatile. in montibus apricis *Champsaur*, Vapincencibus frequens.

ADONIS. *Vernalis* inter segetes australes ubique.

RANUNCULUS. *Flammula.* in fossis & aquis stagnantibus, Viennæ, montis Adamaris, frequens.

β. Varietatem insignem aut forte speciem, inter Toutonem & Olbiam vidi, caulibus rectis, foliis inferioribus cordatis, caulinis plantagineis, summis lanceolatis.

RANUNCULUS. *Reptans.* in foſſis circa Gratianopolim etiam in alpibus quod bene Ammanus notavit.

Lingua. in foſſis circa *Gieres, la Galochere:* flos magnus, planta 4 — 6 pedalis.

Gramineus. inter rupes & ſilvas prope *les Baux* circa Vapincum, decerpſit amicus ad augendam ſcientiam natus D. Chaix Baucii parochus.

Pyrenæus. in omnibus fere pratis alpinis, ubi pro ratione loci variat, caule ſimplici aut ramoſo foliis gramineis plantagineis, ſeu nervoſis bi trifurcatis: talem legi ad *Laut-de-Gras.*

Parnaſſifolius. in alpibus *Oiſans* loci montis *de Laus-Pied-Meyan* dicti citatur a Berardo, Borello, a nobis non viſa.

Ficaria. in pratis humidis ubique.

Thora. ad *Charmanſon* Maj. Cart. *au Bec-de-Lans, aux Forges de Seiſſin*, &c.

Sceleratus. in omnibus foſſis putridis circa Gratianopolim.

Aconitifolius. in pratis humidis alpium M. Carthuſiæ, *Revel*, &c. vix pedalis.

Plantanifolius. in ſilvis & nemoribus alpinis M. Carthuſiæ & alibi: 3 — 4 pedalis, foliola inciſa.

Rutæfolius. in ſummis planitiei alpium montis *de Lans* ex Berardo (qui dicitur R. foliis fumariæ Berardi) ſupra *Vallouiſe, Montauroufe* in Devolus, rarior.

Glacialis. in omnibus pultoſis glacialibus alpinis, *l'Oiſans, Orciere, Bure, Champſaur*, ſatis frequens.

Nivalis. in pratis alpinis ſummis *Oiſans*, &c.

RANUNCULUS. *Seguieri.* in omnibus ſaxoſis & glareoſis montium etiam uſque in alpibus calcareis *du Glandaz*, *la Moucherolle*, *du Devoluz*, *Darbon*, Vapinenſes, *Champſaur.*

Monſpeliacus. in ſilvis calidioribus circa Vapincum, *Ribiers*, &c.

Bulboſus. in campis & agrorum verſuris.

Repens. in agris & pratis humidis.

Polyanthemos. in nemoribus umbroſis M. Carthuſiæ, etiam Vapinci, &c.

Acris. in pratis ubique.

Lanuginoſus. in ſilvis & montibus frequens: a R. Monſpeliaco, difficile diſtinguo.

Arvenſis. inter ſegetes auſtrales nimis frequens, hujus ſeminibus panis vitiatur.

Muricatus. in humidis circa *la Côte*, *Romans*, &c.

Falcatus. inter ſegetes, *Champſaur*, Vapinci, frequens.

Aquatilis. in aquis purioribus etiam alpinis in Valgaudemar & ubique paſſim; raro foliis integris apud nos reperitur.

TROLLIUS. *Europœus.* in pratis alpinis frigidis ubique.

ISOPYRUM. *Thalictroides.* in ſilvis d'*Echirolles*, *de Vaulnareis* & alibi circa Gratianopolim ubi jam olim a *Dalechampio* citatum: vernalis planta.

DIDYNAMIA.

AJUGA. *Pyramidalis.* in ſilvis, bractea & flores rubræ.

Genevenſis. in arvis declivibus & in apricis collium ubique; erecta hirſuta planta.

Reptans. in pratis humidis, ubique.

TEUCRIUM. *Botrys.* in campis apricis, frequens.
Chamæpithys. in campis apricis & verſuris.
Scorodonia. in ſilvis planioribus, ſatis frequens.
Scordium. in pratis humidis ſecus paludes, Gratianopoli, &c.
Chamædrys. in paſcuis apricis petroſis ubique.
Flavum. in calidioribus circa Arantium in montibus?
Montanum. in meridionalibus ubique frequens.
Polium. circa Vapincum in montibus apricis.

SATUREGA. *Montana.* in montibus apricis Vapincenſibus & vicinis.
Hortenſis. in campis aridis circa Vapincum, &c.

HYSOPUS. *Officinalis.* in monticulis apricis circa Gratianopolim, caulis rectus aut repens; flores rubri aut cerulæi.

NEPETA. *Cataria.* circa *Saint-Jacques*, Valgaudemar, ad *Chichilienne.*
Violacea. ad *Menteyer*, *au Noyer* & alibi.
Nepetella. in montibus calidis ubique frequens.
Nuda. vix a N. violacea diſtinguo! paulo major, caulis ruber, &c.

LAVANDULA. *Spica.* in calidioribus circa limites Galloprovinciæ: bractea floralia linearia.
Anguſtifolia. in montibus omnibus meridionalibus: bracteæ florales cordatæ: a precedente certe diverſa.

SIDERITIS. *Hyſſopifolia.* in montibus Maj. Carthuſiæ, ad *Grace*, *dans le Champſaur*, &c.
β. varietatum: caules recti, folia

SIDERITIS. ſtricta linearia integra : caules proſtrati, folia ſpatulata inciſa.

MENTHA. *Sylveſtris.* in verſuris agrorum & humidis pratis.

Rotundifolia. in aquoſis foſſis Gratianop. frequens.

Criſpa. in verſuris meridionalibus frequens.

Hirſuta. in aquis & foſſis tepidis.

Aquatica. in foſſis aquoſis.

Arvenſis. in agris reptat.

Pulegium. in argilloſis & humidis circa *les Avenieres.*

GLECOMA. *Hederacea.* in hortis circa muros & ſepes.

LAMIUM. *Maculatum.* in hortos circa domos & edificia, ad *Pierre-Chatel*, &c.

Album. Gratianop. Viennæ, vix a præced. differt.

Purpureum. inter olera frequens.

Amplexicaule. inter olera & cannabim frequens.

Multifidum. rarior, *à la Baſtille* & alibi circa Gratianopolim.

GALEOPSIS. *Ladanum.* in campis & inter ſegetes ubique.

Intermedia. inter ſegetes & in ſilvulis *Champſaur*, ubi arbores a vento eradicatos terram novam offerunt.

Tetrahit. inter olera & canabim.

Galeobdolon. circa Gratianop. in ſilvis & circa muros, novum genus meretur ut bene olim ceberr. Dillen. dixit.

BETONICA. *Officinalis.* in pratis montanis juxta margines ſilvarum, variat florib. precocibus.

Alopecuros. in pratis alpinis Carthuſiæ, *la Grande-Roche*, &c.

Hirſuta. in pratis alpinis *Oiſans*, Briganſii, &c.

STACHYS. *Sylvatica.* in ſilvis omnibus.
Paluſtris. in pratis circa aquas.
Alpina. in nemoribus alpinis.
β. Variat bracteis fuſcis & viridibus.
Germanica. in arvis aridis ſabuloſis *de Bries du Pont-en-Royans*, &c. frequens.
Recta. in paſcuis aridis frequens planta *à Gaſſault* bene exarata, ſed nondum bene deſcripta!
Annua. in campis apricis aridis frumentaceis.
Arvenſis. rarior. inter olera & in verſuris ad *Theys*, &c.

BALLOTA. *Nigra.* inter ſæpes umbroſas.

MARRUBIUM. *Vulgare.* ſecus vias aridas.

LEONURUS. *Cardiaca.* circa *les Terres-Froides.*

PHLOMIS. *Herbaventi.* circa *Pont-en-Royans.*
Tuberoſa. ad S. Paulum 3. caſtrum Donzeram, &c.

CLINOPODIUM. *Vulgare.* ubique in marginibus ſilvarum & arvis frequens.

ORIGANUM. *Vulgare.* in montibus calidis circa Gratianopolim & alibi frequens.
β. Staminibus exſertis aut occultis variat.

THYMUS. *Serpillum.* in paſcuis apricis & verſuris montium frequens.
Vulgaris. in paſcuis ſterilibus circa Vapincum & aliis locis calidioribus.
Acinos. in ſterilis montium ad margines ſilvarum.
Alpinus. in ſilvis alpinis, locis apricis meridiei ſeu orienti expoſitis.

MELISSA. *Officinalis.* circa Roſans, Vapincum, in pratis.
Grandiflora. in montibus Gap & circa

MELISSA. Grationopolim, in ſilvis meridionalibus M. Carthuſ. &c.

Calamintha. circa Vizile, Vaulnarey, Grationop. in ſilvis ſecus vias.

Nepeta. ſecus vias, in locis aridis ad *Romans*, *Vontavon*, &c.

DRACOCEPHALUM. *Auſtriacum.* in montibus *du Noyer* loco qui dicitur *pré de l'Aigle* & in vicinibus.

Ruyſchiana. prope Vapincum inter herboſa montis Bayard.

MELITIS. *Melliſſophyllum.* in nemoribus & ſilvis omnibus.

SCUTELLARIA. *Alpina.* ſecus rivulos, in aggeribus terreis argilloſis frequens.

Galericulata. in pratis humidis ſecus Iſaram.

Minor. in humidis paſcuis circa locum *Paladru*, &c.

PRUNELLA. *Vulgaris.* in omnibus paſcuis ſucculentis.

Grandiflora. in paſcuis montium ad ſilvarum margines frequens.

Laciniata. in paſcuis ſiccioribus ad margines ſilvarum M. Carthuſ. *Seiſſin.*

β. Variat flore purpuro-cœruleo magno & albo parvo.

Hyſſopifolia. ad Roſans, l'*Epine* & alibi, in humidis depreſſis.

BARTSIA. *Alpina.* in pratis alpinis inferioribus, ſed boreæ expoſitis.

RHINANTHUS. *Criſtagalli.* inter ſegetes & in pratis quæ devorat.

Pratenſis. in pratis humidis annos ſteriles prænuncians. Calix glaber, planta debilior.

EUPHRASIA. *Latifolia.* in humidis pratis etiam alpinis ad Mont-Vizo & Valgaudemar.

EUPHRASIA. *Officinalis.* in pratis humidis vallium post fœnisecium frequens.

Odontites. in pratis humidis montium.

Lutea. inter segetes & prata australia, circa Vapincum frequens.

Linifolia. circa Mont-Dauphin, Guillestre in versuris agrorum, silvarum, &c.

Viscosa. circa Sigoyer, Laragne & vicinis in silvulis & juxta limites rivulorum.

MELAMPYRUM. *Cristatum.* circa *Mont-Rond-la-Batie*, *Saint-Genis*, *Mont-Brezier* in silvis.

Arvense. inter segetes, circa Vapincum & in locis vicinis.

Nemorosum. in silvis & nemoribus frequens, juxta viam Maj. Carthusiæ à Rajo observatum.

Sylvaticum. in silvis *Queyras* & alibi.

LATHRÆA. *Clandestina.* circa Isaram, *Gieres*, *la Gallockere* prope Gratianopolim.

TOZZIA. *Alpina.* Secus aquas & fontes alpinas in nemoribus & locis umbrosis frigidis Maj. Carthusiæ, *Premol*, *Oisans*, Taille-Fer, Valbonnois, &c. petebat a me olim clariss. B. Jussieu num capsula bi aut polysperma: sed hanc jam accurate descripserunt Michelius & Hallerus.

PEDICULARIS. *Palustris.* in paludibus turfosis omnibus, circa Vapincum, *la Mure*, Gratianop. & *les Terres-Froides*.

Sylvatica. præced. rarior & humilior, *aux Terres-Froides*, aux *Abrets*, circa Moretel ad margines silvar. humidarum.

Rostrata. in pratis borealibus Oisans, Articol, Vaujanis, &c. mox pauciflora.

PEDICULARIS. *Verticillata.* in pratis frigidis alpinis *Champſaur*, vapincenſibus, &c.

Gyroflexa. jam olim notavit Gagnebin circa Mont-Dauphin, nos circa *le Noyer*, Molines, Valgaudemar, in pratis alpinis apricis.

Hirſuta. rariſſima omnium in Delphinatu, ad Queyras, Vizo, *Col-Vieux*, *Col-Lagnel*, *Molines*, &c.

Incarnata. in pratis alpinis Oiſans, Brigantinis, montis Genevre, Vallouiſe, &c.

Comoſa. in montibus apricis, Champſaur, Molines, Valgaudemar, Bure, &c. radices plures ſucculenti ut fere filipendulæ; flores albi: ſpica oblonga foliolis ſimplicibus interrupta.

Olioſa. in pratis alp. Maj. Carthuſ. *la Moucherole*, Glandaz. &c. radix biennis ſimplex: ſpica oblonga, foliis pinnatis interrupta: flores lutei.

Tuberoſa. in pratis alpinis vallis quadratæ: radix tuberoſa ſimplex: ſpica ſubrotunda, bracteis floribus brevioribus integris interrupta, flores lutei. Rara planta.

ANTIRRHINUM. *Cymbalaria.* inter fiſſuras murorum circa Gratianopolim, &c.

Elatine. inter ſegetes paſſim.

Spurium. inter ſegetes & in arvis.

Repens. in campis ſabuloſis circa *Bourdeaux*, *Creſt*, &c.

Monſpeſſulanum. in collibus & paſcuis apricis ſterilibus.

Supinum. in montibus glareoſis humidis ſecus torrentes, in Oiſans, ſecus dravum.

Arvenſe. in campis aridis *port Meſſin*, *au Pont-en-Royans.*

Alpinum.

ANTIRRHINUM. *Alpinum.* in alpinis humidis fabulosis nudis etiam secus rivulos, usque ad Gratianopolim per Dravum descendit.

Origanifolium. in muris Gratianopol. & rupibus.

Geniſtifolium. in valle *Cervieres* circa Brigantium & in valle quadrata.

Linaria. in campis fertilibus in planitie frequens.

Majus. circa muros Gratianopoli & rupes apricas montium, frequens.

Oronthium. in arvis inter segetes, fere ubique.

Bellidifolium. in fabulosis & juxta semitas secus Vienam, Valentiam, Lugdunum.

SCROPHULARIA. *Nodosa.* in pratis humidis ad versuras ubique.

Aquatica. in fossis circa Gratianop. freq.

Vernalis. in vallibus umbrosis profundis, Garet, Valgaudemar.

Canina. ad radices montium inter petras secus vias salebrosas alpium.

DIGITALIS. *Purpurea.* in silvis circa *Bourgoin*, *la Tour-du-Pin.*

Lutea. in silvis & versuris frequens.

Ambigua. in versuris montium ad Seissin, ad Champsaur, Vapinc. &c.

ERINUS. *Alpinus.* in fissuris alpinis rupium *Champsaur*, Maj. Carthusiæ etiam in muris & aggeribus Gratianopoli descendit.

OROBANCHE. *Major.* inter olera, dumete succulenta circa domos & urbes, etiam in monticulis Gratianopoli, &c.

Purpurea. rarior hic. in pratis humidis circa *Creſt*, *Die*, *Bauriere.*

Ramosa. inter olera & canabim ubique.

TETRADYNAMIA.

MYAGRUM. *Perenne.* in agris & vérſuris circa Iſaram & alibi, non rarum.

Erucæfolium inter ſegetes ad *la Mure*, *Saint-Jean-de-Corp*, *Mizoin* prope *Siſteron*. Species negleta, olim tamen a Magnolio & C. B. notata: folia lyrata glabra: caulis ramoſus: flos albus: filamenta nuda parum conica.

Perfoliatum. in cultis ad *Nions*, *Vaulreas*, *Belle-Combe*, &c.

Sativum. inter olera Vapinci, Baucii, &c.

Paniculatum. inter ſegetes auſtrales Vapinci, in Champſaur.

Saxatile. ad fiſſuras rupium ubique fere. Varietas ſingularis foliis lanceolatis ſerratis piloſis atro viridibus, in monte Genevre.

DRABA. *Aizoides.* ſuper criſtas editas alpium, vere florens.

Verna. in viis hortorum & juxta ſemitas circa pagos & urbes.

Pyrenaica. in alpium ſummis Oiſans, Valgaudemar, Orciere, Champſaur, &c.

Muralis. ſecus vias & ad radices alpium Vallis Gaudemaris, *au Suhier*, *à la Chaup.* res miranda! planta quæ intra palata & domos Regias Pariſiorum reperitur, etiam in alpibus apud nos aſcendit.

Hirta. in paſcuis alpinis & alpium fiſſuris apricis, in Oiſans, Champſaur, &c. frequens.

LEPIDIUM. *Nudicaule.* in glareoſis umbroſis ſilvis, ad *la Côte*, *Beaurepaire*.

LEPIDIUM. *Procumbens*. circa Vienam, *Pierrelate*.

Alpinum. in glareosis pultaceis prope nives alpium in *Septlans*, *Oisans* & in omnibus alpinis similibus locis.

Petræum. in aridis fabulosis Champsaur, Vapinci, &c.

Sativum. in hortis ubique.

Latifolium. in pratis humidis ad Rosans, l'*Epine*, &c.

Graminifolium. circa vias fere omnes & in versuris Gratianopoli, &c.

Ruderale. in aridis circa urbes Mont Dauphin, Ebrodunum, Valentiam, &c.

THLAPSI. *Arvense*. in arvis ubique frequens.

Saxatile. in saxosis circa *Die*, Gratianopoli, &c. frequens.

Hirtum. circa *Veynes*, *Serres*, *l'Epine*, frequens.

Montanum. in dumetis umbrosis montium Sancti-Eynardi, Gratianop. Champsaur Thl. alpestre L. pro montano accepi. Caulis simplex pedalis, corolla minima, capsula oblonga.

Alpestre. in pratis alpinis *Die* Maj. Carthusiæ, &c. videtur Thl. Montan. L. esse caulis 6. pollicaris: corolla magna; capsula brevis.

COCHLEARIA. *Coronopus*. in arvis & juxta semitas hortor. in locis depressis & ambulacris, frequens.

Armoracia. circa Rosans in pratis humidis rarior.

Draba. in calidioribus, *au Thouret*, Valentiæ, monti Adamari, &c.

IBERIS. *Saxatilis*. circa *le Buis*, in montibus

IBERIS. *Rotundifolia.* in alpinis nivosis nudis, in Champsaur.

Amara. in arvis & inter segetes ad *Cremieu, les Terres-Froides.*

Linifolia. circa Nions, in vallibus.

Odorata. in montibus, circa *Die, Glandaz.*

Pinnata. in arvis inter segetes ubique.

ALYSSUM. *Alpestre.* in montibus circa Ebrodunum Brigantium, &c.

Calycinum. in arvis inter segetes, ubique in locis temperatis.

Montanum. in arvis & pascuis Oisans, &c.

Campestre. in arvis circa Gratianopolim & Vapincum.

Utriculatum. inter saxa circa *Premol, Allemon, Gavet* & *Oisans.*

CLYPEOLA. *Jonthlaspi.* circa Eremum, *Saint-Eynard* prope Gratianopolim.

SCUTELLA. *Auriculata.* in arvis subalpinis *Champsaur, Villard, Lans*, &c.

Lyrata. in monticulis saxosis Oisans, Brigantii, ad *la Moucherolle.*

Lævigata. in pratis alpinis Oisans, Laps, Mizoin in Oisans, &c.

DENTARIA. *Pentaphillos.* in nemoribus opacis Carthusiæ Majoris, Premol, &c.

CARDAMINE. *Resedifolia.* in glareosis secus torrentes alpium, ad Septlans, Oisans.

Impatiens. in pratis umbrosis secus fossas, limosas, opacas, Premol, Maj. Carthusiæ, &c.

Parviflora. in fossis & sepibus, circa Gratianopolim, frequens.

Hirsuta. in hortis & ambulacris cultis ubique.

CARDAMINE. *Pratenſis.* in pratis humidis circa Gratianopolim & alibi, verè.

Amara. ſecus aquas umbroſas vallium etiam in montibus circa aquas. Caulis baſi hirſutus, anguloſus, ſtoloniſer.

SISYMBRIUM. *Naſturtium.* aquaticum. In foſſis & aquis parum profundis, Gratianopoli & alibi. Axiles caulium radiciferæ ſunt, nondum vero ſtoloniferæ.

Sylveſtre. in aquis limoſis calidioribus, circa Vapincum & alibi.

Puſillum. in alpinis aquoſis prope *Goudran*, *Mont-Genevre*, &c. flos pallide luteſcit: ſiliquæ 2. lineares inflati, ut radiculæ Halleri. Nova ſpecies: folia pinnata, foliola 3. 5. raro 7. angulata inæqualia.

Tanacetifolium. Pulchra planta: in Oiſans, Mons-Lans, Vizo vallis quadratæ.

Tenuifolium. in muris & aggeribus circa Gratianopolim.

Supinum. in monte Bayardo prope Vapincum, in viis humidis.

Burſifolium. in pratis alpinis & riguis Oiſans, Septlans, &c. ab arabide dentata longe differt.

Murale. in campis & viis circa muros a Gratianopoli uſque ad Aranſium.

Moncnſe. in montibus *du Noyer, au Crepon, à Chantelouve* ſecus torrentes.

Vimineum. in campis fabuloſis circa Sanctum-Paulum 3. caſtrum, montem Adamar, &c.

Arenoſum. circa Rhodanum in fabuloſis.

Aſperum. in aquis limoſis vix profundis, Champſaur, Vapinci.

Sophia. juxta muros & cæmeteriis ubique frequens.

SISYMBRIUM. *Læſelii.* in calidioribus, ad *Buis*, *Nions*, &c.

Altiſſimum. ſic voco ſpeciem nimis affinem S. Iæſelii L. quæ viſa ſecus Rhodanum, prope Aranſium, *Pierrelate*, &c.

Irio. circa domos & in campis *de la Grave*, Brigantii, &c.

Barbareæ. in pratis humidis ſecus vias, ad *Corp*, &c.

Strictiſſimum. in alpibus montis *Lans*, *au Vizo*, vallis quadratæ.

ERYSYMUM. *Officinale.* in urbes circa muros.

Alliaria. in ſæpibus umbroſis cultis.

Cheiranthoides. in verſuris agror. Oiſans & in Champſaur, Valgaudemar.

Hieracifolium. circa Mont-Dauphin, Vapincum, &c.

CHEIRANTHUS. *Eryſimoides.* in paſcuis ſterilibus Champſaur, Oiſans, &c.

Alpinus. in alpinis nivoſis *la Moucherolle*, *de Bures*, *Glandaz*, &c.

Cheiri. ſupra muros Gratianopoli, &c.

HESPERIS. *Matronalis.* in Major. Carthuſia circa margines nemorum & rivulos.

ARABIS. *Alpina.* in alpinis petroſis umbroſis & ſilvis.

β. Varietas ſurrecta circa planitiem Gratianopolis.

Thaliana. in campis arenoſis fere ubique.

Bellidifolia. in pratis alpinis montis Lans.

Nova. habitat in monte S. Eynardi, prope Gratianop. ad *Buis* & alibi.

Turrita. in ſilvis & muris umbroſis freq.

TURRITIS. *Glabra.* folia radicalia lyrata & hiſpida ſunt, ad Allemont, Valgaudemar, &c. in campis & marginibus.

TURRITIS. *Hirſuta.* in verſuris & circa muros.

Alpina. in muris Gratianop. & in alpibus: folia incana repando dentata, ſiliqua craſſior. Videtur eſſe Turitis. nemorum magnæ Chart.

Rafi. in montibus arenoſis, ſecus aggeres montium propre Neron, Saint-Eynard, Gratianopoli, *aux côtes dans le Champſaur*, &c. ſunt plures qui ſiſimbrii Barrelieri varietatem pronunciant.

BRASSICA. *Orientalis.* inter ſegetes auſtrales Vapinci, in Champſaur.

Alpina. Linn. in ſilvis & ſepibus umbroſis in Champſaur in Devoluz: folia omnia integerrima.

Richeri. Vill. habit. ad Lautaret vallis Ourſines & in Gueyras, Vizo, &c. caulis baſi nudus: folia eroſo dentata oleracea, flores braſſicæ ſativæ.

Rapa. cum B. napo, in ſatis culta ſatis communes ſunt.

Oleracea. in hortis colitur.

Erucaſtrum. inter rivulos & in fabuloſis montium frequens. Sic voco cum turba authorum, ſpeciem ſiſimbrii quæ cum ſequente paſſim confunditur: ſiliquæ pollicares ſtilo brevi obtuſo, flos parvus, calix patulus.

Cheiranthos. in vallibus alpium, Valbonnais, Oiſans, uſque in fabuloſis Rhodani & Lugduni. Calix clauſus: flos magnus; ſiliqua 2. pollicaris, ſtilo compreſſo enſiformi terminato.

Eruca. inter olera.

SINAPIS. *Arvenſis.* in arvis cultis.

SINAPIS. *Pyrenaica.* inter rivulos alpinos in Oisans, Valgaudemar, *Orciere.*

Erucoides. in arvis & verſuris Buis, Molans, &c. caractere B. Erucaſtri L. omnino Gaudet, & pro eo forte Gerardus & Fr. Gabriel habuerunt. An in Gallo-provinciâ reperierint.

RAPHANUS. *Sativus.* in hortis cultus.

Raphaniſtrum. inter ſegetes in locis Agricolæ ingratis, in Sapey, Devoluz & alibi in montibus ubi nondum Raphani fuit obſervata Linn.

BUNIAS. *Erucago.* inter ſegetes, ad *Aubeſagne*, *Saint-Firmin*, & alibi.

ISATIS. *Tinctoria.* inter ſegetes & juxta vias, ſemites, ad Corp, Quet, uſque *la Mure.*

Alpina. hæc ſolo *Vizo-Monte* lecta, præcedente minor, capſulis parallelis vix apice dilatatis.

MONADELPHIA.

GERANIUM. *Cicutarium.* juxta omnes vias & ſemitas.

Ciconium. in viis & verſuris calidioribus.

Pyrenaicum. in montibus ſilvoſis & circa ſæpes Champſaur, Maj. Carthuſiæ.

Phæum. in pratis alpinis Maj. Carthuſ. Arbou, ad margines ſilvarum.

Nodoſum. in ſilvis herboſis ubique.

Pratenſe. in pratis alpinis & ſilvis frequens.

Argenteum. in montibus elatis Chaillot, eundo *Chaillot-le-Vieil* in Champſaur, rariſſima planta.

Robertianum. inter arbores umbroſas vetuſtas, ſuprà muros hortorum ubique.

Purpureum. in ſilvulis rupeſtribus prope

GERANIUM. *le Pont-de-Clais*, *au Buis*, &c. a præced. differt foliis simpliciter quinatis, foliolis dentatis nondum pinnatifidis : corollæ kermesinæ minimæ.

Lucidum. in fissuris rupium ad *Seissin*, in Oisans.

Molle. circa urbes & hortos, Gratianop. & *Seissin*.

Columbinum. in versuris cultis ubique fere.

Dissectum. in pratis aridis & versuris Gratianop. ubique.

Rotundifolium. cum præcedentibus circa Gratianopolim in versuris.

Pusillum. *Beauregard*, *la Tronche*, prope Vapincum.

Sanguineum. in montibus apricis rupestribus.

ALTHÆA. *Officinalis*. Gratianopoli, Viennæ, in pratis humidis secus fossas.

Hirsuta. in campis aridis ad *Seissin*, ad *la Bastille*, *Coran*, &c.

MALVA. *Rotundifolia*. in arvis & circa hortos pagorum.

Sylvestris. ubique frequens secus vias, hortos & urbes.

Alcea. in arvorum versuris, campestribus passim.

DIADELPHIA.

FUMARIA. *Bulbosa*. secus vias & sæpes umbrosas & in silvarum marginibus vernalis.

Officinalis. in oleraceis cultis omnibus.

Capreolata. inter segetes in calidioribus locis *Saint-Paul*, &c.

FUMARIA. *Spicata.* inter olera & segetes Valantiæ, montis Adamaris, &c.

POLYGALA. *Amara.* in alnetis silvulis frigidis montium *Champsaur.*

Vulgaris. in silvis cæduis & circa sæpes.

Monspeliaca. circa *les Baux* prope Vapincum in aridis, elatis, macris.

Chamæbuxus. in silvis apricis circa *Parisot, Saint-Nizier, Allemont*, &c.

SPARTIUM. *Junceum.* secus vias montis Adamaris *Pierrelate*, &c.

Scorpius. in monticulis aridis locis calidioribus, circa *les Baronies, au Buis*, &c.

Scoparium. circa Gratianopolim ad margines silvarum, ad *la Frey*, &c. rami simpliciter pentagoni.

Radiatum. circa Vapincum ad *Ceuse, Menteyer*, rara planta.

GENISTA. *Linifolia.* affinis nimium spartio scoparioni pro illo assumerent botanici, sed dimidio minor: rami cinerei decemstriati, prope *Veynes*, Vapincum, *Leche, Baurieux, Luz.*

Sagitalis. in silvis omnibus.

Tinctoria. in pratis humidis planitiei.

Pilosa. in silvis umbrosis, frequens.

Humifusa. rarissima planta. An alia species. Lignosa vere humifusa, rami striati acuti, folia utrinque alba hirsuta. Ad *Mont-Rond, Saint-Genis, Bramebuon*, prope Vapincum.

Anglica. in silvis, *la Côte, Beaurepaire.*

Germanica. in silvis circa Gratianopolim, *Puisignieux*, &c. frequens.

Hispanica. circa *le Buis* & *Mont-Ventoux* in montibus.

ULEX. *Europæus.* in montibus aridis prope Vienam.

ONONIS. *Antiquorum.* in pascuis aridis circa *Meilans*, erecta est.
Arvensis. in pratis & pascuis circa Gratianopolim, ubique.
Minutissima. in monticulis apricis ad Rabou, circa *Quet* ad *Corp* & alibi.
Suboculta. cum precedenti, sed rarior, folia rotundiora viscosa.
Cenisia. in pascuis alpinis fere omnibus.
Viscosa. erecta, viscosa. In nemoribus.
Natrix. in pascuis arenosis.
Crispa. ad Chaudun prope Vapincum, rariſſima.
Fruticosa. in montibus apricis nudis, frequens.
Rotundifolia. in montibus apricis nudis, frequens.

ANTHYLLIS. *Vulneraria.* in pascuis nudis schistosis & argillosis, frequens.
Montana. in pascuis & fissuris rupium frequens.

PHASEOLUS. *Vulgaris.* ubique cultus.

PISUM. *Sativum.* in agris oleraceis.
Arvense. inter segetes, cultum.

OROBUS. *Hirsutus.* feritur.
Luteus. in pratis & silvis alpinis Maj. Carthusiæ, &c.
Vernus. in nemoribus opacis abietinis, fere omnibus.
Tuberosus. in nemoribus opacis frigidioribus ad *Premol*, *Noyer.*
Angustifolius. in montibus circa Buis, &c. folia bijuga flores rubro-cerulæi amœni.

OROBUS. *Niger.* in nemoribus montium frequens.
Pannonicus. in pratis circa Vapincum, Roſans.

LATHYRUS. *Aphaca.* inter ſegetes auſtrales.
Niſolia. inter ſegetes, rarior.
Cicera. inter ſegetes & olera.
Sativus. ſeritur in arvis.
Setifolius. in campis locis calidioribus, *Belle-Combe*, *Buis*, &c.
Hirſutus. inter ſegetes.
Tuberoſus. inter ſegetes auſtrales.
Pratenſis. in pratis humidis.
Sylveſtris. ad margines ſilvarum.
Latifolius. ſecus rivulos apricos Maj. Carthuſiæ & alibi frequens.

VICIA. *Dumetorum.* in agris & ſepibus.
Sylvatica. in ſilvis & nemoribus ad Premol, l'Affrey.
Cracca. ad margines agrorum.
Onobrychioides. ad margines agrorum montium inter Avenas, in Oiſans, Champſaur.
Biennis. inter arva & ſegetes.
Sativa. ſeritur in cultis.
Lutea. in arvis auſtralibus ad *l'Epine*, *Roſans.*
Sepium. inter ſæpes.
Gerardi. in montibus circa Gratianopolim & Vapincum.

ERVUM. *Lens.* ſeritur in arvis.
Tetraſpermum. inter olera & ſepes.
Hirſutum. in arvis.
Ervilia. ſeritur in arvis macris.
Laburnum. in ſilvis fertilioribus ſecus Gratianop. ad Saſſenage, & Major. Carthuſia, &c.

CYTISUS. *Sessilifolius.* in monticulis Vento expositis.

Supinus. in monticulis apricis ad Rabou, prope Gratianopolim.

Argenteus. in similibus locis.

COLUTEA. *Arborescens.* circa Gratianopolim, *à la Tronche*, &c.

GLYCYRRHIZA. *Glabra.* in arvis *dans le Vercors.*

CORONILLA. *Emerus.* in silvis omnibus.

Valentina. in valle quadrata prope *le Fort.*

Coronata. in montibus calidioribus circa *le Buis*, *les Baronies.*

Minima. in monticulis omnibus aridis apricis saxosis.

Varia. in versuris agrorum australiorum, certe perennis est.

ORNITHOPUS. *Perpusillus.* habitat in arvis sabulosis circa *le Pont-de-Beauvoisin.*

Scorpioides. in apricis cultis montosis Gratianopoli.

HIPPOCREPIS. *Comosa.* in monticulis circa Corp, Gratianopolim.

SCORPIURUS. *Vermiculata.* in agris & versuris, locis calidioribus.

HEDYSARUM. *Alpinum.* secus torrentes alpium, ad *Chante-Loure*, in alpinis fere omnibus.

Onobrychis. in alpinis radicibus secus torrentes apricos.

Saxatile. in argillosis nudis secus torrentes meridionalium, circa Vapincum, &c.

Supinum. aux Baux, in locis aridis ad *la Roche.* Rara planta.

PHACA. *Alpina.* in pratis alpinis herbosis in Valbonnais, Oisans, Orciere.

PHACA.

Auſtralis. ſecus rivulos alpinos & in fiſſuris rupium frigidorum Maj. Carthuſ. *Chante-Louve*, *au Noyer* in Champſaur.

ASTRAGALUS. *Alopecuroides.* circa *Saint-André*, Ebroduni. Rara planta.

Piloſus. in alpinis auſtralibus etiam ſecus Dravi rivulos.

Auſtriacus. habitat in ſterilibus prope *les Trois-Têtes*, Brigantii, rara civis.

Onobrychis. in paſcuis cæſpitoſis montium, montis *Lans*, *Vallouiſe*, &c.

Cicer. in verſuris agrorum, ad ſæpes & inter ſegetes Champſaur, &c.

Glycyphillos. in ſilvis & verſuris ſuccu-lentis circa Gratianopolim & alibi.

Arenarius. circa torrentes inter cæſpites ſabuloſos, juxta Dravum, &c.

Glaux. vix a præced. diſtinguitur, in paſcuis montium *du Noyer*, &c.

Alpinus. inter rupes *Die*, *Valbonnais*, *Devoluy*, &c.

Veſicarius. circa Brigantium ad vias & in locis vicinis, *Vallouiſe*, *Queyras*, *Mont-Dauphin*, Vars, Ebrodunum, in vallibus & dumetis cum Aſtr. uralenſa L. botanicis coadunatum: quantum diſtat! hic totus incanus, cauleſcens, foliis obtuſis, &c.

Fœtidus. in Queyras, *au Col-Vieux*, &c. affinis Aſtr. campeſtri L. ſed viſcoſus foliolis minimis auguſtiſſimis flos luteſcit, acaulis eſt.

Uralenſis. in montibus Oiſans, ad Vaujanis, Huez, in monte Lans, &c. flos albo luteſcit, raro purpureus aut cæruleus apud nos.

ASTRAGALUS. *Monſpeſſulanus.* ſecus rivulos & torrentes alpium, etiam in vallibus ſecus Dravum deſcendit.

Incanus. in montibus auſtralioribus circa *Serres*, *Iaragne*, *Mont-Rond*, &c.

Campeſtris. in alpibus nudis ſecus torrentes diſruptos. In campos nondum deſcendit.

Depreſſus. in aridis monticulis *au Noyer*, *à Cheitive*, *à la Croix-des-Miſſions*, &c.

Tragacantha. in montibus & collibus auſtralibus, frequens.

PSORALEA. *Bituminoſa.* in auſtralioribus, ſecus dumeta & margines arvorum, ad *Serres*, &c.

TRIFOLIUM. *Melilotus officinalis.* inter olera & fruges etiam in verſuris.

Repens. in ambulacris depreſſis humidis ubique.

Alpinum. in cæſpitoſis alpinis orientalibus. Oiſans, Champſaur, &c.

Cherleri. in planitie prope Gratianopolim, Creſt, &c.

Lappaceum. circa montem Adamar in agris & verſuris.

Rubeus. in marginibus ſilvarum Alpinarum & montibus, circa Gratianopolim & in Maj. Carthuſia.

Pratenſe. in pratis fertilioribus ubique feritur. Sponte etiam in paſcuis.

Flexicaule. in ſilvis ſatis frequens Gratianop. *Ians*, Vapinci, *Champſaur*, &c. alii pro T. Alpeſtri L. alii pro T. pratenſi obtulerunt, ab utroque certe diverſum.

Alpeſtre. in pratis alpinis omnibus, in Oiſans, Maj. Carthuſ. &c.

TRIFOLIUM. *Ochroleucum.* in vallium dumetis & marginibus ſilvarum, ad *Mont-Fleuri*, &c.
Auguſtifolium. in arvis calidioribus montis Adamaris, Sancti-Martini, &c.
Arvenſe. in arvis cultis, ſabuloſis paſcuis.
Stellatum. in arvis & dumetis calidioribus circa *Auranſium* S. Paulum, &c.
Scabrum. in calidioribus circa Gratianopolim, &c.
Fragiferum. in aggeribus humidis circa foſſas ubique.
Montanum. in pratis montium & in ſilvarum marginibus, frequens.
Agrarium. in campis fertilibus humidiusculis.
Spadiceum. in montibus, locis terreis nudis & pratis circa Valgaudemar, Orciere.
Procumbens. in campis fertilibus *Port-Meſſim.*
Filiforme. in verſuris agrorum macrioribus.

LOTUS. *Siliquoſus.* in aquoſis humidis.
Hirſutus. in paſcuis & marginibus ſilvarum ſterilioribus circa Vienam, Valentiam.
Corniculatus. in pratis humidis omnibus.
Dorycnium. in paſcuis ſterilibus ad Nions, Buis, &c. Dorychnium herbaceum habemus Gratianopoli, caule inclinato, herbaceo, majore.

TRIGONELLA. *Monſpeliaca.* circa Brigantium, ſecus vias.
Corniculata. in campis & cultis circa *Auranſium.*
Fœnum Græcum. feritur in cultis.

MEDICAGO. *Sativa.* in pratis fertilioribus.
Falcata. in pratis & eorum marginibus, locis aridis auſtralibus, nimis frequens.
Lupulina. in pratis & arvis ubique.

Polymorpha.

MEDICAGO. *Polymorpha.* inter segetes & prata.
Tornata. in australioribus campis.
Minima. inter segetes australes.
Muricata. circa Muros Gratianop.
Nigra. in arvis & inter segetes.

POLYADELPHIA.

HYPERICUM. *Androsæmum.* circa *Saint-Laurent-du-Pont*, juxta viam M. Carthusiæ in silvis.
Quadrangulare. secus aquas & in fossis, ubique.
Delphinense. in pratis montium borealibus Oisans, *la Mure*, Alvar, &c. quæ sæpe floribus deaurata sunt.
Perforatum. in versuris & pascuis apricis, ubique frequens.
Humifusum. in campis fabulosis Alvar, *aux Avenieres*, *à la Tour-du-Pin*, &c.
Liottardi. species minima; an præced. varietas? annua calicibus tetrapetalis & corollis tetraphyllis.
Richeri. in pratis alpinis meridionalibus, Oisans, *la Mure*, Articol, &c.
Androsæmifolium. an varietas præcedentis? Caule inclinato, foliis & floribus majoribus.
Montanum. in versuris agrorum vallium, sepibus & silvulis frequens.
Pulchrum. in silvis *Meyrieu*, *Ville*, prope Vienam, in planioribus.
Hirsutum. in dumetis & silvulis vallium, Champsaur, Vapinci, &c. frequens
Nummularium. inter rupes & eorum strata seu fissuras calcareas Maj. Carthusiæ *aux Echelles* circa omnes limites Sabaudiæ, nec ultra!

HYPERICUM. *Hyſſopifolium.* in montibus auſtralibus *du Noyer*, Vapinci, Bauxii, etiam per Galloprovinciæ limites. Affinis hyper. coridi L. ſed caule erecto majore differt.

SYNGENESIA.

TRAGOPOGON. *Pratenſe.* in pratis vallium frequens.

Hybridum. ſcop. an varietas flore calice minoribus, *Luz*, *Leche*, &c.

Porrifolium. circa Baucii & Vapincum.

Crocifolium. in calidioribus circa *l'Epine*, *Roſans*, &c.

Dalechampii. in calidioribus ad *Nions*, &c. frequens. Planta ſingularis genus novum meretur ob ſemina ſtipite umbilicali ſtipata & papos etiam ſtipitatos, ſemina aſpera.

Picroides. in calidioribus umbroſis ad *Die*, *Buis*, Viennæ, &c.

SCORZONERA. *Humilis.* in montibus calidioribus ad Nions, *Belle-Combe*, Vaulreas.

Hiſpanica. in pratis montium.

Graminifolia. in montibus calidioribus & paſcuis.

Reſedifolia. in paſcuis & juxta ſemites auſtrales temperatas.

Laciniata. in arvis & paſcuis nudis cum præcedenti.

Picroides. in calidioribus Viennæ & alibi.

PICRIS. *Hieracioides.* in paſcuis aridis & agrorum, pratorumve verſuris.

Pyrenaica. varietas elatior floribus umbellatis calice nigreſcente. In pratis vallis Gaudemaris, Valbonnais, &c.

SONCHUS. *Paluſtris.* in humidis ſecus paludes & Lacum Courteyſon.

Arvenſis. in omnibus arvis argilloſis & inter olera, frequens.

Alpinus. in ſilvis alpinis M. Carthuſiæ Alvar, Oiſans, Brigantinis, Champſaur, &c.

Oleraceus. inter olera, frequens. Varietates foliis laciniatis aut integris lævibus aut ſpinoſis occurrunt paſſim.

LACTUCA. *Scariola.* in apricis petroſis ſecus rivulos, *au Pont-de-Claix*, &c.

Viroſa. in verſuris ſecus vias, ad Quet, Corp, inter ſegetes, &c.

Saligna. in arvis auſtralibus circa Champſaur, Vapincum, &c.

Perennis. inter ſegetes in locis apricis frequens, ubique.

CHONDRILLA. *Juncea.* circa Gratianopolim, Vapincum, in ſabuloſis aridis.

PRENANTHES. *Tenuifolia.* in ſilvis & nemoribus Majoris Carthuſiæ frequens, nec alibi a botanicis huc uſque depicta! Foliis ſigulatis integerrimis, raro dentatis a P. purpurea differt.

Viminea. in arvis & circa muros in auſtralioribus locis, Vapinci, in Champſaur, &c. frequens.

Purpurea. in ſilvis omnibus frequens etiam in alpes aſcendit.

Muralis. ſupra muros umbroſos circa Gratianopolim & fere ubique frequens.

LEONTODON. *Taraxacum.* in campis macilentis & cultis frequens.

Aureum. in pratis alpinis frigidiſſimis Oiſans, Valgaudemar, Brigantinis,

LEONTODON. Ebrodunis, *Orciere*, &c. non ad hoc genus, nec ad andrialas sed potius ad hieracias pertinet.

Hastile. juxta non nullos. Varietas L. hispidi, alii ut & nos genus peculiare constituunt seminibus marginalibus nudis quod Leontodon saxatile Juss. Leont. hirtum Pollichii, & complectitur circa Gratianop. Vapincum, &c.

Autumnale. in pratis & versuris vallium & montium frequens.

Hispidum. in agrorum versuris ubique, multiformis luxuriat, foliis integris glabris, sensim hispidis, in aridis incanis, &c.

Hirtum. species propria pauciss. botanicis nota ut bene adnotavit Hall. Gætt. circa Vapincum, Bauciis.

Alpinum. in pratis alpinis apricis Oisans, Vapincensibus, *Die*, Durbon, &c. qui pro varietate L. hispidi L. recipiunt, forte non errant; differt scapis & foliis semper erectis & hispidis, seminibus longioribus.

HIERACIUM. *Incanum.* in montibus apricis nudis & argillosis, secus torrentes ad radices alpium locis præruptis. Folia pilis incana ab L. hispido L. non aliter differt.

Pumilum. Jacq. inter fissuras rupium calcarearum, ad *la Cluse*, *Durbon*, &c. planta affinis H. pulmonariis & H. amplexicauli L.

Alpinum. L. in pratis alpinis frigidissimis, sub nivibus, in Oisans, Valgaudemar, *Orciere*, & fere ubique in similibus locis, medium ambiget inter pilosellas & H. Villosum L.

HIERACIUM. *Taraxaci.* in præruptis umbrosis nudis petrosis alpium summarum *Chante-Louve*, Valbonnais, ad Champsaur, *la Clappe*, &c. affinis parum Leont. hispidi varietatibus, at calix H. alpini L.

Pilosella. in pascuis omnibus & arvis.

Dubium. in pascuis humidis & pratis circa Gratianopolim.

Auricula. in versuris agrorum humidis, secus aquas & rivulos glareosos.

Cymosum. in pratis alpinis Oisans, Alvar, &c.

Præmorsum. rarior. in pratis silvosis Sancti-Hugonis, Alvar, &c.

Aurantiacum. in pratis alpinis, ad *Lant du Pont-d'Alvar*, ad *Reycl*, *la Grande-Lance.*

Porrifolium. in alpinis secus torrentes Champsaur, Valbonnais, &c. a Jacquino bene depictum & illustratum. Flores numerosi ad 15 — 20, caulis 2 pedalis & ultra.

Staticefolium. quantum differt a præcedenti? in præruptis secus torrentes ad radices alpium, ubique *au Noyer*, *aux Baux*, in Oisans, &c. flores magni sulphurei in herbariis virescunt, bini ad tres. Caulis vix pedalis. Bene illustrarunt J. Bauhinus, Ailionius, (flor. pedem.) Seguier.

Saludosum. in pratis alpinis humidis umbrosis ficus aquas. Planta tenera viridis, a toto genere habitu foliis aliena.

Prenanthoides. in montibus apricis Champsaur, Vapinci, Valgaudemaris, &c. Planta 2 — 3 pedalis recta hirsuta, flores racemoso divaricati parvi, ad 40 & ultra.

HIERACIUM. *Cerinthoides.* in glareosis & nudis præruptis ad radices alpium Oisans, Vapincum, Ebrodunum, &c. foli glauca & hirsuta, affine nimium H. villoso L. & magis H. Scorzoneræ folio nostro & scheuchzeri.

Amplexicaule. supra rupes calidiores & muros. Planta glandulosa ex viridi quasi fulva, odorem non gratum gummi resinosæ spargit.

Pulmonarioides. supra muros & rupes circa Gratianopolim. Medium inter præcedens & H. muror S. pulmonariæ. Folia basi lyrata, flores magni numerosi proliferi, pili glanduloſi.

Pappoleucum. N. in pratis alpinis Oisans, Valbonnais, Molines, *aux Côtes*, Valgaudemar, &c. pro H. lyrato habuerunt botanici percelebres. Caules sulcatus apice ramosus & glandulosus: folia viridia hirsuta flavicantia.

Albidum. N. in nudis petrosis apricis summarum alpium, ad *Revel*, ad *Lant du Pont-d'Alvar*, ad *Lautaret*, *Col-d'Arsine*, &c. caulis hirtus, rami divaricati, folia ligulato-runcinata.

Blattarioides. & austriacum Jacq. in pratis alpinis fertilioribus, ad Alvar, *Articol*, ad *Orciere*, Valgaudemar, *Die*, &c. caulis sulcatus, hirsutus ut in H. pappoleuco, etiam apice ramosus, non viscosus; calix exterior laxus ut pro crepide habeant qui velint.

Lanatum. in montibus apricis calidioribus, Champsaur, Vapincensibus, fre-

HIERACIUM. quens. Folia subrotunda omnino ex pilis plumosis intricatis tomento operta.

Villosum. in pratis alpinis Oisans, &c. folia villosa & glauca, caulis ramosus.

Valdepilosum. in pratis silvosis umbrosis præced. duplo altior, folia vix spatulata non glauca sed villosa.

CREPIS. *Pygmæa.* ab hier. pumilo L. non differt; in glareosis umbrosis alpium Valbonnais, Champsaur, ad *la Clappe*, frequens. Hanc bene illustravit Gouanus.

Fœtida. in versuris agrorum circa urbes & muros frequens.

Albida. circa Brigantium, ad Die, Vapincum & Sigoyer. Flos magnus albidus: calicis squamæ marginatæ.

Tectorum. in vineis circa Vienam & Gratianopolim, a sequentibus differt.

Biennis. in pratis vallium, ubique frequens.

Dioscoridis. in marginibus silvarum circa Gratianopolim & Premol, vix a seq. differt.

Virens. in arvis & versuris, ad Valgaudemar, *Gavet*, in Oisans, &c. vix a præcedenti differt, nisi tenuitate. Varietatem hanc singularem, pro specie diversa decantarunt viri summi Linnæus & Hallerus!

Pulchra. in campis apricis meridionalibus ad Rabou prope Vapincum primò collegit indefessus botanicus D. Chaix quam deinde prope Gratianopolim, ad *Beau-Regard*, & alibi reperimus. Videtur generis lapsanæ.

ANDRYALA. *Integrifolia & sinuata.* juxta nos non sunt diversæ species. Circa Vienam, & alibi secus Rhodanum in rupibus calidioribus andryala *Ianata* L. est omnino generis hieracii & ad H. lanatum amandavi.

HYOSERIS. *Fœtida.* in alpinis nemoribus umbrosis *aux Forges de Seissin, la Moucherolle en Lant* & alibi sat rara.

Minima. in calidioribus, ad Buis & in vicinis locis.

Hedypnois. ad Nions, Vaulreas, in cultis.

Rhagadioloides. in campis ad *Belle-Combe, Molans*, &c.

HYPOCHARIS. *Pontana.* in pratis alpinis, Oisans, Queyras, Champsaur, *des Baux, Briançon.* Omnino generis andryalæ! pili 3 — 4 lineares distincti receptaculum ornant, non lamina.

Maculata. circa Gratianopolim in Oisans & pratis alpinis, ubique fere.

Folliosa. rarissima & curiosa planta! In pratis alpinis *Vizo, Saint-Veran, Molines*, in valle quadrata. Caulis crassior, sulcatus, humilior quam in præcedenti, uniflorus semper, calicis squammæ marginato laceræ atræ ut in centaurii speciebus. Hallerus ex herbario C. B. forte depinxit non novit.

Radicata. in omnibus arvis & versuris circa Gratianopolim & alibi frequens.

LAPSANA. *Communis.* in cultis & oleraceis etiam usque in alpicolarum hortulis!

Stellata. in cultis & campis calidiorum locorum, ad Buis, Courteyson, Vaulreas, &c.

Rhagadiolus. in similibus locis, inter segetes.

CATANANCHE. *Cærulea.* circa Gratianopolim & alibi in montibus aridis meridiei expositis, inter vineas.

CICHORIUM. *Intybus.* in pratis & versuris, ubique.

Endivia. in hortis culta.

SCOLYMUS. *Annuus.* circa Sanctum-Paulum tricastrum & aransium! incerta civis!

Hispanicus. circa Valentiam montem Adamarum in arvis & agris frequens. Radix junioris plantæ S. primi anni, edulis est, scorsoneræ dulcissimæ anteponenda.

ARCTIUM. *Lappa.* in fimetis, circa Domos usque in alpibus, ubi pecora dormiunt.

Personata. in nemoribus & pratis vicinis ad Major. Carthusiam, *Sassenage*, in montibus frequens.

SERRATULA. *Tinctoria.* in pratis montium fere omnibus. Folia radicalia integra aut pinnata reperiuntur.

Alpina. in alpinis nudis præruptis glareosis frigidis prope nives, in *Oisans*, *Premol*, *Orciere*, &c.

Arvensis. civis ingrata agricolis! campos replet & secales infestat dum in terram nimis humidam seritur.

CARDUUS. *Lanceolatus.* in viis & sterilibus nimis frequens.

Nutans. inter avenas & secale montium circa Vapincum, *le Champsaur*, *Devoluy*, &c. calicinæ squamæ lanceolato-folioſæ patentes.

Acanthoides. circa Vienam frequens, in arvis & versuris.

Nigrescens. inter segetes Vapinci, Sancti-Pauli 3 castri & alibi, *au Cerd*, an acanthoides Linn. ? affinis parum C.

nutanti : calicinæ ſquamæ ſetaceæ hamatæ curvæ, nigræ.

Paluſtris. in vallibus ſecus aquas inter alneta & ſilvulas, frequens.

Defloratus. in pratis & ſilvis alpinis Maj. Carthuſiæ & fere ubique. Foliis integris vix ſpinoſis & ſinuatis ſpinoſiſſimis nimis variat.

Auroficus. Chaix, præced. affinis, nimis ſpinoſior & ferox : ſquamis calicinis ſetaceis hamato-recurvis, in pratis humidis vallium, frequens.

Monſpeſſulanus. circa aquas & in pratis humidis vallium, frequens.

Tuberoſus. in pratis alpinis argilloſis *au Noyer* & alibi, frequens.

Eriophorus. ſecus vias & agros in arvis nimis frequens.

Heterophyllus. in pratis alpinis *Lautaret*, &c. Folia lanceolata ſubtus nivea, ſuperne viridi-nigreſcentia præter alia a medio ad ſummum magnis dentibus linearibus ſurſum vergentibus inciſa, ſingularis nota.

Purpureus. circa *Lautaret* in pratis frigidis borealibus humidis eundo Magdelenæ ſingularis & nova planta : nomen a Cl. allionio inditum impono, ſed incertum, cum nec mea, nec ejuſdem planta ab utroque verificata. Folia, ſpinoſa ſinuata, flores aggregati, caulis altus fiſtuloſus.

Lycopifolius. Chaix, ad Veynes, Laric in pratis, nova planta : caulis uniflorus veſtitus foliis ſerratis, concavis ſenſim dureſcentibus baſi lyrato pinnatifidis, ut in lycopo, ſed rigidis, ſubtus incanis.

CARDUUS. *Acaulis.* in paſcuis montium etiam in verſuris agrorum montium : ſæpe caulis ad 4 & 6 etiam 8 pollices aſcendit!

Roſeni. in valle Gaudemaris in montibus humidis circa fontes prope *la Chapelle*. Affinis C. acauli at non cæſpitoſus, minus ſpinoſus & caule folioſo differt, nominavi Card. Roſeni, qui C. acaulis varietatem caulescentem obſervavit.

CNICUS. *Oleraceus.* in pratis humidis circa Vienam, Valentiam, *les Terres-Froides*

Eriſithales. in pratis humidis ſecus aquas puriſſimas *Saſſenage*.

Ferox. in arvis, ſecus vias & in verſuris agrorum auſtralium, etiam in *Beaumont*, *Vars*, *Die*, &c. forte mera var. C. Eryophori.

Acarna. Vinſobre, ad *Nions* & alibi in calidioribus.

Spinoſiſſimus. in alpinis, ad limites vegetationis inter prata alpina & glareoſa pultacea humida alpium ſub nives in borealibus locis, pulchra & indomita planta.

ONOPORDUM. *Acantium.* in arvis & juxta vias circa urbes frequens.

Illiryeum. circa Sanctum-Paulum, Courteyſon & alibi in calidioribus.

BERARDIA. *Subacaulis.* in montibus ſchiſtoſis ſeu præruptis nudis ſecus torrentes ad radices alpium, *la Mure*, *Champſaur*, *Die*, Vapinci, Ebroduni, vide Proſpectum noſtrum : folia raro baſi lyrata.

CARLINA. *Acaulis.* in paſcuis alpinis herboſis omnibus. Folia raro hirſuta, ſemper virore nigreſcentia ſinubus 9 — 11. utrinque

CARLINA. ornata, radix recens odorem ingratum ſpargit.

Chardouſſe. in paſcuis montium meridionalium ad *Die*, *Valgaudemar*, *Champſaur*, Vapinci, Ebroduni, &c. Folia fere acanthi, vere propter tomentum incana, ſinubus fere 4. ad 6. utrinque, exarata quam in præcedenti triplo latiora. Receptaculum edule: radix ſudorifica, aromatica, grata.

Corymboſa. circa Arantium, *Pierrelate.*

Vulgaris. in paſcuis aridis montium & ſecus vias.

CARTHAMUS. *Lanatus.* in apricis calidioribus ad Vars, Vapincum, ſecus vias.

Carduncellus. in monticulis inter vineas, *aux Baux*, *la Roche.*

BIDENS. *Tripartita.* in foſſis limoſis circa Gratianopolim & alibi frequens.

Minima. in aquoſis circa *Allemont*, *la plaine d'Oiſans.*

Cernua. in foſſis calidioribus, prope Romans, Valentiam.

CACALIA. *Alpina.* in alpinis umbroſis inter fiſſuras rupium, Valgaudemar, Oiſans, Alvar.

Glabra. in glareoſis mobilibus alpium frequentiſſima.

Tomentoſa. in alpibus Oiſans, *au Mont-de-Lans*, *Huez*, *Lac de Braude*, &c.

EUPATORIUM. *Cannabinum.* in locis humidis frequens.

CHRYSOCOMA. *Linoſyris.* in montibus editis temperatioribus, Gratianopoli, *Creſt*, *Laureol*, &c.

TANACETUM. *Vulgare* in paſcuis & ſecus vias ad *Laye* prope Vapincum, Moirans.

TANACETUM. *Balſamita.* in hortis culta ubique.

ARTEMISIA. *Abrotanum.* huc refero artemiſiam camphoratam nob. quæ eſt A. lobelii apud clar. Allionium, in montibus apricis Gratianopoli, Corp, &c. A. abrot. in hortis omnibus.

Campeſtris. in arvis declivibus præruptis & ſecus rivulos.

Glacialis. inter rupes editas, circa Brigantium, *aux Hayes*, *Vallouiſe*, *Malrif en Queyras* & alibi. Flores cymoſi S. capitati.

Rupeſtris. in alpibus in *Champſaur*, *Molines*, *Valgaudemar*, *Devoluz*, *Bure*, *aux Baux*. Flores ſpicati ſubſeſſiles.

Mutellina. in omnibus fiſſuris alpium ad *Alvar*, *Revel*, *Septlans*, *Allemont*, *Oiſans*, *Villar-de-Lans*, *Glandas*, circa Vapincum, &c. flores axillares & terminales pedunculati, calices parvi contracti anguloſi.

Chamæmeliſolia. in montibus meridici expoſitis, *au Noyer*, & alibi *dans le Champſaur*, *le Devoluz*, Vapinci, &c. omnino viridis: folia ſeſilia tripinnate tenuiſſima fere Matricar. Chamæmilli, ſed denſiora, odorem camphoræ gratum ſpargunt.

Inſipida. aux Baux, nec alibi viſa. Folia bi pinnata incana, media fere inter duas ſequentes ſpecies, ſed inodora inſipida, plana, planta reptat.

Tanacetifolia. au Lautaret in Oiſans & in locis vicinis.

Abſintum. in omnibus locis apricis aridis petroſis, ad Corp, *au Devoluz*.

ARTEMISIA. *Vulgaris.* in verſuris ſecus rivulos circa Vapincum, *Arançon*, &c.

GNAPHALIUM. *Arenarium.* circa Cremieux ſecus Rhodanum, Valentiæ, &c.

Luteoalbum. in paſcuis circa *Pierrelate*, *Laureol* & circa Gratianopolim.

Dioicum. in alpinis pratis & paſcuis vallium in frigidis appertis.

Alpinum. in alpinis editis borealibus in Oiſans, Champſaur, &c.

Sylvaticum. in nemoribus frigidis Premol, Oiſans, Champſaur, &c.

Supinum. in udis alpium Oiſans, Brigantii, in valle quadrata, &c.

Uliginoſum. circa Gratianopolim in udis æſtate exſiccatis, frequens.

Leontopodium. inter rupes editas ventoſas, *à la Moucherolle, dans le Champſaur, le Devoluy.*

XERANTHEMUM. *Annuum.* in verſuris agrorum circa Champſaur, Vapincum, in locis aridis.

CARPESIUM. *Cernuum.* in ſilvis ad *Hieres*, *Vaulnareys*, *Vizile* prope Gratianop.

CONIZA. *Squarroſa.* in arvis & vallibus ſecus vias & ſepes frequens.

Biſrons. in montibus Noyer, Champſaur, vix diſtinguo ab inula bifronte L. nam hæ duæ ſpecies exhibent antheras baſi biſeroſas.

ERIGERON. *Viſcoſum.* in calidioribus circa Vienam.

Graveolens. circa Aranſium, Molans, Buis.

Canadenſe. in arvis & cultis omnibus peregrina planta, pappo volante.

Acre. in glareoſis rivulorum & torrentium ubique.

ERIGERON. *Alpinum.* in glareosis torrentium vallis Gaudemaris, Valbonnais, vallis quadratæ, Orcieres, &c.

Uniflorum. in alpinis summis apricis cæspitosis *Queyras*, circa Brigantium.

TUSSILAGO. *Alpina.* in alpinis nunquam visa sed in silvis & nemoribus montium frequens.

Farfara. in versuris humidis & pratis omnibus nimis frequens.

Frigida. à la Crois-Haute, à Premol, à Bure & alibi in alpinis sub nives.

Alba. in silvis, secus rivulos vallium ad *Pierre-Châtel, aux Echelles, au Noyer*, &c.

Hybrida. in pratis *Saint-Bonnet dans le Champsaur* nec alibi visa.

Petasites. in pratis densis circa Gratianopolim, Valbonnais, & alibi frequens.

SENECIO. *Vulgaris.* inter olera ubique frequens.

